Ad II. Negative; et consulendum SS. pro absolutione quoad praeteritum, et communicentur Episcopo decreta huius S. Congregationis diei 14 Decembris 1872.

Eccone le precipue ragioni:

a) E dalla Costit. di Benedetto XIV *Cum semper oblatas*, e dalla costante disciplina della S. C., apparisce chiaramente non potersi nè da' parroci nè dai semplici sacerdoti ricevere stipendio alcuno per la seconda messa o direttamente o indirettamente: e ciò perchè sia rimosso ogni pericolo di mercimonio o di avarizia dalle cose sacre (S.C.C. 19 dec. 1835 *in Ventimilien;* 25 sept. 1858 *in Cameracen;* 23 mar. 1861 *in Treviren;* 29 apr. 1871 *in Treviren;* 14 sept. 1878 *in Nanceynen-Tullien e Nemausien;* Lehmkul. *Theol. Mor. p. II, l. 1, tr. IV*, § *2, n. 216).*

b) I parroci, per ragione di beneficio, son tenuti di applicare *pro populo* ne' dì festivi: la quale applicazione s'intende retribuita con le rendite del beneficio medesimo. Perciò Bened. XIV nella cit. Costit. *Cum semper oblatas* consente al parroco « qui exigua huiusmodi certorum fructuum assignatione paucisque incertis proventibus gaudeat, congruum aliquod augmentum praebeatur pro onere celebrandi et applicandi missam pro populo diebus festis ».

c) Quando il parroco trovasi assente dalla sua cura, ovvero è impedito di celebrare in qualche giorno festivo, ecco le norme da osservare, giusta il di-

sposto della S. C. del Concilio nel citrescritto del dì 14 dicembre 1872. « Parochum die festo a sua paroecia legitime absentem satisfacere suae obligationi missam applicando pro populo suo in loco ubi degit, dummodo ad necessariam populi commoditatem alius sacerdos in ecclesia parochiali celebret, et verbum Dei explicet. Parochum vero utcumque legitime impeditum ne missam celebret, teneri eam die festo per alium celebrari et applicari facere pro populo in Ecclesia parochiali: quod si ita factum non fuerit, quamprimum poterit, missam pro populo applicari debere *(Ap. Lucidi De Visitatione SS. LL. Vol. I, p. 461 nov. edit.)*.

d) Trattandosi poi dell' obbligo di messe che gravi sui Confratelli in forza degli statuti del sodalizio, non percependosi lucro alcuno, nè direttamente nè indirettamente, e non essendovi pericolo di mercimonio o di avarizia, nè di scandalo ai fedeli, non si può condannare l'usanza di adempiere coll'applicazione della seconda messa nei giorni, in cui si può *binare*. Così fu definito altresì da questa S. C. il dì 14 settembre 1878 *in Nanceynen-Tullien et Nemausien* in un caso simile a questo (V. *Mon. Eccl.* Vol. I, p. 553).

IV.

Circa l' applicazione della Messa pro populo quando si abbia l' amministrazione di un'altra Cura.

Nivernen. Missae pro populo—5 Marzo 1887—Il Vescovo di Nevers (Francia) riferì alla S. Sede che in sua Diocesi, per la scarsezza di sacerdoti, si ritrovano più parroci con doppia cura di anime, i quali o per inavvertenza o per la esiguità delle rendite del secondo beneficio, non sono stati soliti di celebrare la messa *pro populo* per la seconda parrocchia, nei giorni festivi soppressi in Francia. Chiedeva perciò: 1. Se, data la vera indigenza dei parroci nel caso esposto, potesse tollerarsi l'uso anzidetto invalso; 2. e nel caso negativo, che si desse una benigna assoluzione sulle omissioni precedenti.

La S. C. si occupò della istanza il giorno 5 marzo 1887 togliendo a risolvere il dubbio: *An rectores duarum paroeciarum in diebus festis suppressis possint a celebranda missa pro populo favore alterius paroeciae dispensari, et a praeteritis omissionibus absolvi in casu*—E decise: *Praevia ablutione quoad praeteritum, pro gratia dispensationis quoad futurum ad quinquennium, facto verbo cum SS.mo.*

E giustamente; imperocchè:

a) L'obbligazione di celebrar la messa *pro populo* che corre ad ogni cura è certa ed è grave (V. Trid. *Sess. c. 1 de ref.*; Bened. XIV *Const. Cum semper oblatas* 19 aug. 1744; Innoc. XI *Const. Nuper 24 apr. 1699)*.

b) Quando si amministrano due cure se queste sono separate tra loro, è d' uopo celebrare per ciascuna di esse la Messa *pro populo*. Solo quando sieno unite insieme per unione plenaria o estintiva, potrà bastare una sola messa. La S. C. del Conc. il dì 26 febbraio 1774 *in Lucen* al dubbio: « An parochis duabus parochialibus ecclesiis praepositis teneantur dominicis aliisque festis diebus missam in unaquaque ecclesia, sive per se, sive per alium pro populo applicare in casu »—rispose: « Affirmative, exceptis tantum paroeciis unitis unione plenaria et extinctiva ».

c) La detta obbligazione ha luogo altresì quando le rendite del beneficio siano esigue ed anche nulle, essendo un obbligo essenziale dell' officio di pastore. Così la S. C. del Conc. *in Ferentinat.* mar. 1735 e *in Vivaequen* 7 mai. 18

d) Ed ha pur luogo in riguardo alle feste antiche di doppio precetto, poscia furono abolite: l' abolizione riguarda l'obbligo de'fedeli di ascoltare messa e di astenersi dalle opere servili non l'obbligo del pastore di applicare S. Sacrifizio pel suo gregge. Così l'indulto pubblicato il 3 aprile 1802 Card. Caprara. Così la S. C. del Co 16 dec. 1837 *in Caietana*; 8 aug. 1 *in Brixen*; 25 sept. 1847 *in Me nien.* Così pure la S. C. de' Riti oct. 1818 *in Aquilana*.

e) Nè vale contraria consuetudi neppur quadragenaria o anche imm morabile, come sancì la S. C. *in Mechlinien* 25 sept. 1847, in cui, posto il dubbio: « An consuetudo quam legitima haberi possit, vi c parochi non applicent pro populo mi sacrificium dominicis, aut saltem pr

iictis festis suppressis »—fu risposto: *Negative.*

f) Perciò, nel caso, trattandosi di ue parrocchie separate, si è riconosciu- l'obbligo che ha il parroco di cele- rare per ciascuna la messa *pro populo.* tanti però le particolari circostanze, si concessa l'assoluzione pel passato e la ispensa temporanea per l'avvenire (1).

V.

e chi affranca i censi ecclesiastici dal Demanio con venia Apostolica, possa ritenersi qualche parte di lucro.

Nicosien. Redemptionis canonis — 5 tar. 1887—*Per summaria precum*—Il ac. B., in Diocesi di Nicosia, era tenuto pagare l'annuo canone di L. 700 per icune cappellanie fondate in una chiesa; essendo state quelle soppresse civil- ente, il canone pagavasi al regio fisco. Il overno aveva offerte agevolazioni mol- ai censuarii che avessero voluto af- ancare il loro debito; avrebbe ceduto loro non meno del 25 % sul capitale. Il sac. B. volendo avvalersi di questa offerta, si rivolse alla S. Sede chiedendo, colla debita venia, la facoltà pure di ritenere per se un terzo del lucro, pronto a depositare gli altri due terzi a benefizio della sua Chiesa. Il Vescovo commendò la istanza, rappresentando i bisogni urgenti di quella Chiesa, che, non concedendosi tal licenza, non avrebbe nulla, giacchè il B. non chiederebbe il rinfranco. La S. C. però il dì 16 gennaio 1886 rescrisse *Negative.*

Di nuovo il Vescovo fece istanze per la grazia alla S. Sede, ricordando non solo le necessità di quella Chiesa, ma i meriti altresì del sac. B., il quale a sue spese facea celebrare una messa festiva, e sostenne una lunga lite col demanio, che non volea riconoscere l'atto di enfiteusi.

La causa fu discussa in pieni comizii il dì 5 marzo 1887. Però la S. C. considerando:

a) Che questo lucro vien ceduto dal Governo perchè più facilmente il patrimonio della Chiesa potesse vendersi;

b) Che mal conviene ad un sacerdote cooperare, almeno indirettamente, a questo sperpero deplorando;

c) Che, trattandosi di beni e diritti ecclesiastici, qualsivoglia lucro che si faccia intorno a questi non spetta ad altri che alla Chiesa;

d) Che applicandone parte al Sac. B. sarebbe una specie di alienazione;

Per tutte queste ragioni rispose:

In decisis diei 16 ianuarii 1886.

VI.

Di un suddiacono, dispensato dall'abito e dall'officio divino.

Neten. Dispensationis—5 Marzo 1887 —*Per summaria precum*—Il suddiacono R. in Diocesi di Noto, non appena conseguita la sacra ordinazione, fu costretto giudiziariamente a smettere il patrimonio; di che, disanimato, smise pure l'abito talare; e affine di procurare a se ed alla vecchia madre vedova il sostentamento, procurò di esercitare l'officio d'insegnante nel suo comune, come ha operato sino al presente.

In tale stato non curò più di recitare l'uffizio divino, benchè, secondo l'atte-

(1) Ciò che si è detto del parroco devesi ere affermare del Vescovo che amministri che temporaneamente una seconda Diocesi parata dalla prima? La S. C. del Concilio ise parere affermativo a dì 9 luglio 1881 . Mon. Eccl. Vol. III, Par. I, pag. 3). Ma Leo- XIII f. r. nella Costit. *Iu suprema* del dì giugno 1882, nel sancire inappellabilmente bbligo ne' Vescovi della Messa *pro populo*, chiarò: « Et ne cui dubitationi aditus pa- at, declaramus, eosdem Episcopos et Abba- s huic officio satis esse facturos per cele- ationem et applicationem unius Missae pro niverso populo sibi commisso, etiamsi duas l plures Dioeceses et Abbatias aeque princi- liter unitas regant. —Novimus quidem Ro- anas Congregationes Nostras aliud decrevis- de parochis duas vel plures parochiales clesias aeque principaliter unitas gerenti- s: in quibus singulis singulae per dies fe- os missae celebrentur et pro populo appli- ntur necesse est. Sed alia est parochorum, ia Episcoporum ratio. Etenim cum cuique rocho specialis in unaquaque paroecia ac finita populi cura commissa sit, festis die- s parochus non modo celebrare pro populo bet, sed etiam in parochiale templum po- lum admittere, et sacrosancto Missae sacri- io intersit et audiat verbum Dei, et sacra- enta pro opportunitate recipiat, et iis omni- s officiis excolatur, quae diebus praesertim, ominicis aliisque festis praestanda sunt. At n haec valere possunt pro Episcopis, qui ssimili in conditione et caussa versantur, im nulla lege hodie iubeantur omnibus die- s festis sanctum Sacrificium in Cathedrali mplo peragere» (V. Mon. Eccl. Vol. III, Par. p. 52).

stazione del Vescovo, si mantenesse sempre casto, e godesse buona fama in mezzo ai suoi concittadini. Sollecitato dal Vescovo a rientrare in Seminario affine di progredire nei sacri ordini, si ricusò, allegando la sua innoltrata età di anni 54 e la necessità di provvedere ai bisogni della vecchia madre che altro appoggio non aveva.

Ora intanto, desideroso di rinconciliarsi con Dio per mezzo de' SS. Sacramenti, e non riuscendogli più di riprendere la recitazione delle ore canoniche le cui regole ha già dimenticato, nè di riprendere l'abito talare senz'ammirazione del popolo, presso il quale si è quasi cancellata la memoria del sacro ordine da lui ricevuto, si rivolse alla S. Sede chiedendo, per queste ragioni, la dispensa dall'officio divino e dall'abito ecclesiastico. Il Vescovo, a vista sopratutto della sua buona condotta morale, commendò la istanza. E la S. C. fattasi carico delle anzidette ragioni, che vagliò accuratamente il dì 5 marzo 1887, benignamente rescrisse:

Pro gratia dispensationis, dummodo incedat in habitu decenti et nigri coloris, et commutationis recitationis horarum canonicarum in alias preces iudicio Episcopi, facto verbo cum SS.mo.

Donde i corollarii:

a) I canoni vietano al chierico le vesti laicali, tranne se una giusta e ragionevole causa non lo scusi di portarle per breve tempo (Conc. Trid. *Sess. 14 de ref.;* Clement. I. *De vita et honest. Clericor.;* Xystus V *Const. Cum sacrosanctum*). Anzi, rimosso ancora il disprezzo e lo scandalo del popolo, il non incedere in abito talare sarebbe per un ecclesiastico con ordini sacri un grave peccato (S. Alph. L. VI, n. 825).

b) Parimenti è obbligo stretto e grave di ogni chierico iniziato *in sacris* la recitazione delle ore canoniche (S. Alph. L. IV, n. 140).

c) Nondimeno, posta una ragionevole causa, com'è quella di un giusto timore, il chierico può smettere l'abito proprio (Clemen. *2, et c. 15 De vita et honest. clericor.*).

d) E può anche lasciare la recita delle ore quante volte trovisi obbligato di compiere più gravi doveri che non possono omettersi, senza grave danno pr prio o altrui (S. Alph. L. IV. n. 156

VII.

Assegni a canonici novelli di Collegi ta, dopo la soppressione governativ

Andrien. Reductionis onerum. — Marzo 1887—*Per summaria precum* Il Capitolo Collegiato di S. Nicola Andria, già stremato di numero, fu a cresciuto dal Vescovo colla creazione altri nove canonici statutarii, i qu nulla percepiscono dal Governo.

Il parroco di quella Chiesa trovo avere stralciata una congrua dai be capitolari, maggiore dell'antica, men i canonici liquidarono una pensione n nore della metà del reddito di prim Non sembrando ciò giusto, e dovend pure assegnar qualche cosa ai nove canonici, fattosi ricorso alla S. C., qu sta il dì 8 maggio 1880 decise: « Att « tis etc., portionem redituum, mis « rum legatis gravatam, dividend « esse aequis partibus inter omnes « nonicos cum respectivo missarum o « re, ex reliqua vero redituum pa « conficiendam primum esse massam « stributionum, una cum portionib « quae in eamdem distributionum m « sam immittuntur a canonicis, qui « reptioni bonorum praeexistebant, « posito canonicis recentioribus on « missarum conventualium et votiva « in proportione ab Episcopo deter « nanda. Massa autem distributio « confecta, si quid supererit, aeque « videndum esse inter omnes canon « ac singulis tribuendum ratione et « praebendae, atque huiusmodi redit « distributionem incipiendam esse ab « tera medietate anni 1879 ».

Fu stabilito perciò che, prelevata assegno del parroco la rendita di 3,146 : 60, il rimanente della cong cederebbe a beneficio dei canonici, questa differenza che a ciascuno i stintamente spettasse l'annuo asse di L. 168 col peso di messe 94; ai centi, oltre a ciò, si dessero L. 20 per ciascuno da formarsene la m delle distribuzioni, alla quale i c nici antichi dovessero contribuire egual somma dalla pensione governat

Or, poichè anche queste quote di r

sa erano gravate di pesi, i canonici statutarii ricorsero di nuovo alla S. Sede con chiedere:

« 1° Che dal reddito dell'intera quota di beni lasciati in natura ad essa chiesa per ragione della sua parrocchialità, prelevata la porzione spettante al prevost parroco (il quale in ordine agli oneri di messe cadenti sulla or cennata quota applicherebbe un numero proporzionatamente calcolato sullo assegno che a lui soleva farsi negli anni prossimi alla soppressione civile del capitolo) del rimanente comunque gravato di messe, *otre quinti* siano assegnati per retribuzione al servizio corale, compreso il giro delle conventuali, e per un qualche provento di beneficio canonicale, il quale assegno andrebbe diviso secondo le norme segnate nella su indicata lettera della S. C. del Concilio.

« 2° Che *due quinti* siano ritenuti per celebrazione di messe piane a soddisfazione di tutti i legati infissi nei suddetti fondi... applicando *pro pluribus*, ed elevando lo stipendio di ciascuna a lire cinque.

« 3° Che queste due grazie abbiano vigore ed affetto fin dal 1881, epoca in cui ne fu sospesa la celebrazione, a motivo delle molestie e liti sostenute per la conservazione dell'anzidetta quota ».

Il Vescovo commendò la istanza; e la S. C., volendo che pei novelli canonici si formasse un equo assegno per l'onere dell'officiatura, affine di provvedere al culto del Signore, il dì 15 marzo 1887, benignamente rescrisse:

Pro gratia, iuxta preces, facto verbo cum SS.mo.

SULLA VIA CRUCIS

Atti della S. Sede

(Continuaz.—V. p. 16 di q. P.)

IV.

Ancora sulla erezione delle Stazioni della Via Crucis

SOMMARIO—1. Sulla benedizione, sul collocamento e sulla mutazione delle tavole e delle croci—2. Sul processo verbale della erezione—3. Se la benedizione debba darsi prima o dopo il collocamento delle tavole e delle croci — 4. Quali debbano intendersi per pubbliche chiese, dove si abbia la facoltà di erigere le stazioni; e se la facoltà apostolica debba farsi riconoscere in iscritto dal Vescovo — 5. Per decreto generale, si toglie ogni limitazione di luogo e di distanza nella erezione della Via Crucis—6. Se le croci possano essere di ferro—7. Si sanano l'erezioni nullamente fatte—8. Si concede facoltà al Generale de'Minori di delegare ai Vescovi e ad altri, con facoltà pure di subdelegare, la erezione della *Via crucis* anche in oratorii privati; ed ai superiori tutti dell'ordine di delegarla ai frati predicatori e confessori.

1.—I An qui habet facultatem erigendi Viam Crucis, benedictione tabularum et crucium prius facta, teneatur ipse tabulas collocare et stationes percurrere, ut valida sit erectio?

II An benedictione tabularum et crucium facta a sacerdote legitime delegato, alter quicumque tabulas collocare possit privatim sine caeremoniis, et etiam alio tempore?

III An quando in priorum tabularum locum aliae substituuntur, nova requiratur facultas illas benedicendi, et Viam crucis erigendi?

IV An mutatio crucium de loco in locum in eadem ecclesia secum importet annihilationem indulgentiarum Viae Crucis adnexarum?

Resp. S. C. I. 22 aug. 1842, Incerti loci, n. 311:—« Ad I Negative—Ad II Affirmative—Ad III Negative, dummodo substitutio non sit maioris partis crucium—Ad IV Negative ».

2. Utrum in erectione Stationum Viae Crucis necessarium omnino sit redigere quod appellatur *procès verbal* (*processo verbale*) intra spatium viginti quatuor horarum?

Resp. S. C. I. 10 febr. 1844 in Apamien, n. 325:—« Non esse determinatum tempus ad documentum erectionis conficiendum, sed ratio per se patet, ut quamcitius hoc fiat, ne dubium in posterum oriatur circa praedictam canonicam erectionem ».

3. Utrum erectio et benedictio stationum Viae Crucis in ecclesia, vel oratorio ita fieri possit, ut ante caeremoniam, vel etiam die praecedenti, quatuordecim cruces cum tabulis pictis, si quae sint, suspendantur in locis praefixis, et earum benedictio fiat a sacerdote ad eas ante aram converso, quibus expletis, sacerdos ad singulas cruces genu-

flexus eas incensat, et orat more solito; vel utrum expositio et suspensio fieri debeat durante caeremonia, quod quidem esset difficillimum?

Resp. S. C. I. 31 ian. 1848 in Nancejen, n. 346 : — « Servandam esse in omnibus consuetudinem ».

An pro validitate benedictionis crucium stationum Viae Crucis requiratur ut benedictio detur ante ipsarum affixionem, vel sufficiat, ut post affixionem impertiatur.

Resp. 21 iun. 1879 in Smirnen, n. 447:— « Negative ad primam partem; affirmative ad secundam ».

4.—I. Cum in rescripto enuntietur facultas erigendi stationes in publicis Ecclesiis, dubium exortum est, utrum his verbis: *in publicis Ecclesiis* excludantur ecclesiae seu oratoria hospitiorum, seminariorum, communitatum, institutionum etc. quae ad usum tantum personarum intra septa illa degentium aedificata sunt, et publico usui exterorum nonnisi quandoque et per accidens inserviunt?

II. Dubitatur etiam utrum exigendum sit in unaquaque Diœcesi exemplar authenticum praedictae facultatis a S. Sede concessae, quod ab Episcopo de scripto cognoscatur, an vero sufficiat testimonium Praepositi Generalis mentionem faciens Rescripti, de quo supra, ut possit Episcopus licentiam dare presbyteris Societatis (Presbyterorum Misericordiae) erigendi stationes, servatis de cetero reliquis conditionibus a Summis Pontificibus praescriptis?

Resp. 12 Mar. 1855 in Ditionis Belgicae, n. 365 — « Ad I Facultatem erigendi stationes in publicis ecclesiis, de qua in rescripto, intelligendam esse etiam pro oratoriis auctoritate Episcopi institutis, et per viam publicam ingressum habentibus. — Ad II Provisum per regulas generales ».

5. « Nuper SS.mo D. N. Pio PP. IX humillimis precibus expositum fuit, valde optandum esse, ut tristissimis hisce temporibus, quibus inimici Crucis Christi divina humanaque omnia pessumdare conantur, pia Viae Crucis exercitatio magis magisque promoveatur, ac illius stationis erectio, sublata limitatione enuntiata (V. supra pag. 14 n. 2), ubique ecclesiis piisque lo fieri possit. Sanctitas Sua animadverte summam esse vim meditationis Passionis mortis Redemptoris nostri ad confirmanda in animis fidem, ad curanda conscienti vulnera, ad purgandam in mentis aciem, d vinoque amore inflammandam, in Audie tia habita die 14 Maii 1871 ab infrascrip Cardinali Praefecto S. C. Indulgentiaru Sacrisque Reliquiis praepositae memorat preces benigne excipiens Apostolica Auct ritate indulsit, ut stationes Viae Crucis cu adnexis indulgentiis etiam in locis ubi Co ventus praefati Ordinis Minorum, sive O servantium, sive Reformatorum, sive Rec lectorum existunt, quamvis in eiusdem C dinis Ecclesiis, sacris aediculis, piisque lo erectae reperiantur, nulla habita superi expressae limitationis ac distantiae ratio servatis tamen aliis de iure servandis er possint et valeant.

« Ceterum Sanctitas Sua per praesens d cretum minime intendit derogare privativ facultati, quam idem Ordo in peragenda rectione stationum Viae Crucis habet, n specialibus indultis hac super re aliis p sonis ob peculiaria rerum ac locorum adju cta ab Apostolica Sede concessis, quar tenor ac forma in omnibus servanda erit (*Urbis et Orbis*, 14 Maii, 1871. n. 429).

6.—I. An illud *ex ligno debent esse cruc* quod legitur in appendice ad Rituale R manum editum anno 1864 ex typis Sac Congr. de Propaganda Fide pag. 404, ob get sub poena nullitatis?—Et quatenus fimative;

II. An huic praecepto sufficienter satis cit appositio totidem Crucium lignearu etsi coram adstantibus invisibilium, ad p tem adversam crucium ferrearum?—Et q tenus negative;

III. An consulendum sit SS.mo pro sa tione Crucis Viarum huiusmodi iam e ctarum?

Resp. S. C. I. 23 nov. 1878 in Auran n. 442—« Ad I Affirmative—ad II Ne tive—Ad III Attenta bona fide, consul dum SS. mo pro convalidatione station sic erectarum, et pro facultatibus neces riis et opportunis concedendis eidem E

scopo oratori, qui sive per se, sive per alium sacerdotem sibi benevisum cruces ligneas privatim benedicat, easque benedictas, meliori quo fieri potest modo, ne scandalum oriatur, ita stationibus superponat, ut ab omnibus conspici possint ».

7. Beatissime Pater! Fr. Bernardinus a Portu Romatino, totius Ordinis Minorum Minister Generalis, ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus humiliter exponit, ex publicata in ephemeride, cui titulus: *Acta Ordinis Minorum*, instructione de Stationibus S. Viae Crucis erigendis fuisse compertum, ejusmodi Stationes non semel invalide erectas fuisse. Quum autem admodum difficile videatur, ut hujusmodi erectiones renoventur, hinc ne fideles visitantes tales Stationes invalide erectas indulgentiis a S. Sede concessis privati existant, humiliter supplicat Orator, ut Sanctitas Tua omnes S. Viae Crucis Stationes hucusque invalide erectas convalidare ac ratas habere dignetur. Quam gratiam etc.

«Vigore specialium facultatum a Sanctissimo D. N. Leone PP. XIII. tributarum, Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita defectus omnes, de quibus in supplici libello, benigne sanavit. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 31 Julii 1883.

« A. *Card.* Bilio.

« Franciscus Della Volpe, *Secret.* »

8. Beatissime Pater! Fr. Bernardinus a Portu Romatino, totius Ordinis Fratrum Minorum Minister Generalis, ad pedes Sanctitatis Tuae venerabundus provolutus humiliter exponit, Ordinis alumno a se commissam esse disponendam e documentis authenticis instructionem de sacris Viae Crucis Stationibus erigendis visitandisque, quam in lucem edendi mens est post obtentam a Sacra Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita (si ita Sacrae huic Congregationi visum fuerit) approbationem. Cum vero non omni, qua par est, certitudine ac claritate et documentis authenticis, quae praesto sunt, pateat, quousque se extendat Stationes Viae Crucis erigendi auctoritas praefato Ordini ab Apostolica Sede benigne concessa, hinc Minister Generalis totius Ordinis Minorum consuevit statim ab ingressu sui Generalatus Summum Pontificem supplex adire, ab Eoque impetrare confirmationem omnium facultatum, quas circa Vias Crucis erigendas ac benedicendos crucifixos Viae Crucis vulgo nuncupatos Sancta Sedes Apostolica praedecessoribus suis indulsit; quod et praestitit et impetravit humillimus Orator.

Praxis autem hujus curiae habuit et habet, ut Minister Generalis

a) deleget tum intra, cum extra Ordinem facultatem erigendi Viam Crucis, etiam in oratoriis privatis, ex Indulto tamen Apostolico erectis, necnon benedicendi crucifixos cum applicatione indulgentiarum Viae Crucis;

b) concedat aliis, praesertim locorum Ordinariis, Vicariis Apostolicis, Missionum exterarum Praefectis etc., auctoritatem etiam subdelegandi seu committendi subditis Viae Crucis erectionem.

Praeterea considerato tenore Brevis *Exponi Nobis* Clementis PP.XII. (d. d. 16 Januarii 1731) (1) dicendum videtur, non solum Ministrum Generalem, sed etiam alios in Ordine Superiores ac ex eorum commissione etiam ceteros Fratres concionatores vel confessarios approbatos Viae Crucis Stationes erigere posse etiam in privatis seu domesticis oratoriis, saltem proprie dictis, i. e, quae gaudent privilegio celebrandi in iis Missam. In praefato enim Brevi praelaudatus Summus Pontifex, extendens indulgentias ad Viae Crucis Stationes per *Fratres dicti Ordinis* erectas vel in posterum erigendas in locis Ministro Generali non subjectis, inter hujusmodi loca enumerat etiam *oratoria*, quin ulla addatur distinctio seu restrictio.—Ut igitur omnis dubitandi ratio tollatur, et memorata instructio plenior esse queat, Orator enixis precibus supplicat,

1°. Ut Sanctitas Tua Ministro Generali totius Ordinis Minorum pro tempore existenti vi muneris confirmare ac, in quantum opus est, de novo concedere dignetur facultates ab ipso exerceri diuturna praxi consuetas ac superius sub litteris *a* et *b* expositas;

---

(1) Vedi q. P. pag. 10, n. 5.

2°. Ut Sanctitas Tua declarare ac, in quantum opus est, de novo concedere dignetur, omnes in Ordine Superiores ac ex eorum commissione etiam ceteros Fratres concionatores vel confessarios approbatos Viae Crucis Stationes licite ac valide constituere posse etiam in oratoriis privatis seu domesticis, quae gaudent privilegio celebrandi in iis Missam.

Tandem humillimus Orator supplicat, ut Sanctitas Tua auctoritate Apostolica sanare dignetur defectus quoad praeteritum in praedictis forsan existentes. Quam gratiam etc.

« SSmus D. N. Leo PP. XIII. in Audientia habita die 15 Martii 1884 ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, praevia sanatione quoad praeteritum, de qua in precibus, benigne annuit pro gratia in omnibus juxta petita. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione; contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 15 Martii 1884.

« *Al. Card.* Oreglia a S. Stephano,
Praefectus
« Franciscus Della Volpe, *Secret.* »

SULLO STATO DEI REGOLARI

Decreti e dichiarazioni

(Cont.—V. pag. 17-21 di q. P.)

§ III.

SULLA PROFESSIONE DE' VOTI SEMPLICI, DA PREMETTERSI ALLA SOLENNE.

I.

Encyclicae litterae S. Congregationis super Statu Regularium de Votorum simplicium professione.

R.me Pater,

Neminem latet, tristissimis hisce temporibus quibus inimici Crucis Christi humana divinaque omnia pessundare, ac mores pervertere student, maximam adhibendam esse curam, sollicitudinem, diligentiam ad eorum spiritum, uti par est, probandum, qui vota solemnia Deo nuncupare postulant, ne quis admittatur, qui saeculi contagione pollutus, tamquam ovis morbida electum Christi gregem inficiat, vel verae vocationis expers, et suscepti Instituti poeniteat, et gravem sodalibus molestiam afferat cum disciplinae perturbatione, et regularis observantiae discrimine. Hinc porro evenit, ut qui ex adverso sunt, contra regulares familias, licet de christiana et civili republica optime meritas, pleno ore blaterent, et culpam, quae paucorum est, in universum coetum conferant. Ex quo non levi religionis damno debita christiani populi erga religiosas familias opinio et reverentia vel maxime imminuta. Siquidem regulares viri propriae vocationis assidue memores esse debent, et omnium virtutum splendore fulgere, atque ex proprii Instituti regula nullis curis nullisque laboribus parcere, ut majorem Dei gloriam ac sempiternam hominum salutem procurare queant. Quod si semper, hisce praesertim temporibus, ad ipsis majore studio et contentione est praestandum, cum populi, licet omnigenis insidiantium hominum erroribus fraudibusque misere decepti, tamen et veritatis luce, ac sanctissimae nostrae Religionis auxilio se maxime indigere sentiant. Quocirca regulares viri, qui auxiliares Ecclesiae milites merito semper dicti et habiti sunt, nihil nunc intentatum relinquere debent, ut qua opere, qua voce, qua exemplo errorum tenebras dissipent, hominumque mentes divinae nostrae Religionis lumine illustrent, errantes in omni bonitate, patientia, ac doctrina ad veritatis et salutis semitas perducant, vitiorum germina radicitus evellent ac pietatem, religionem, omnemque virtutem ubique foveant, excitent, ac propagent. Ut autem haec prospere feliciterque agere et consequi valeant, charitatem in primis praeseferant oportet, quæ virtutum omnium parens et altrix, quæque patiens atque benigna omnia suffert, omnia sustinet, et idcirco necesse est Religiosos ipsos viros arctissimo charitatis vinculo inter se esse conjunctos, quo concordissimis animis, consociatisque studiis praeliantes bella Domini,

et quaerentes unice quae Christi sunt, possint Dei ejusque sanctae Ecclesiae regnum magis in dies extendere.

Cum igitur Ecclesia prudenti quadam oeconomia ingruentibus malis juxta rerum ac temporum adjuncta provide sapienterque occurrere soleat, SSmus D. N. Pius PP. IX Religiosos Ordines praecipua benevolentia prosequens, et ab iis hujusmodi mala avertere cupiens, rem deferendam voluit ad S. Congregationem super Statu Regularium, ut Patres Cardinales, rebus accurate discussis, proponerent quidquid in Domino expedire existimassent. Itaque auditis eorumdem Cardinalium sententiis, universaque rei ratione sedulo perpensa, haec quae sequuntur, quoad religiosas virorum familias, in quibus solemnia vota emittuntur, ex Apostolicae auctoritatis plenitudine statuit atque decernit, atque ab omnibus, ad quos spectant, ex obedientiae praecepto observari et executioni demandari districte jubet, et contrariis quibuscumque, etiam speciali et individua mentione et derogatione dignis, derogat, ac plene derogatum esse declarat.

Peracta probatione et novitiatu ad praescriptum S. Concilii Tridentini, Constitutionum Apostolicarum, et statutorum Ordinis a S. Sede appobatorum, Novitii vota simplicia emittant postquam expleverint aetatem annorum sexdecim ab eodem Tridentino Concilio statutam, vel aliam majorem, quae forsan a statutis proprii Ordinis a S. Sede approbatis requiratur; et quoad Laicos et Conversos postquam ad eam pervenerint aetatem, quae in Constitutione Clementis VIII, incipien. « In supremo » praefinita est.

Professi post triennium a die, quo vota simplicia emiserint, computandum, si digni reperiantur, ad professionem votorum solemnium admittantur, nisi fortasse pro aliquibus locis uti nonnullis institutis indultum est, professio votorum simplicium ad longius tempus jam concessa fuerit. Poterit vero Superior Generalis, ac etiam Superior Provincialis ex justis et rationabilibus causis professionem votorum solemnium differre, non tamen ultra aetatem annorum vigintiquinque expletorum. Si vero in Ordine seu Instituto Provinciales non habeantur, eadem differendi professionem votorum solemnium facultas attribuitur etiam Superiori domus novitiatus, de consensu tamen Magistri novitiorum, et duorum religiosorum, qui in Instituto aliquo gradu insigniti sint.

Decreta S. Congregationis super Statu Regularium incipien. « *Romani Pontifices* » et « *Regulari disciplinae* » anno 1848 promulgata omnino serventur in receptione ad habitum, novitiatum et professionem votorum simplicium.

Quae de votis simplicibus emittendis superius sancita sunt, servanda erunt relative ad eos, qui post datam praesentium ad habitum admittentur.

Hæc sunt quæ Tibi ex mandato Sanctitatis Suae significanda erant, ut ea religiosis tuo regimini subiectis denuncies, et interim fausta a Domino adprecor.

Datum Romae ex Sacra Congregatione super Statu Regularium die 19 Martii anno 1857.

Tui studiosus

A. Bizzarri Arch. Philippen. *Secretarius*

II.

Declarationes circa naturam et qualitatem votorum simplicium.

SSmus, D. N. Pius PP. IX. attentis precibus Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum S. Dominici, haec, quae sequuntur, circa naturam et qualitatem votorum simplicium, in encyclicis litteris hujus S. Congregationis *super Statu Regularium* die 19 Martii 1857 praescriptorum, et circa obligationes ac privilegia illorum, qui ea emittent, pro eodem Ordine Praedicatorum decernenda statuit, prout praesentis Decreti tenore Apostolica auctoritate decernit atque constituit:

I. Vota simplicia, de quibus agitur, perpetua erunt ex parte voventis, utpote quae tendunt ad emittenda deinde vota solemnia, in quibus perfectionem et complementum accipient.

II. Eorumdem votorum simplicium dispensatio reservata est Romano Pontifici, cui professi gravibus urgentibus causis preces porrigere poterunt.

III. Verum eadem simplicia vota solvi etiam possunt ex parte Ordinis in actu dimissionis Professorum, ita ut data dimissione professi ab omni dictorum votorum vinculo et obligatione eo ipso liberi fiant.

IV. Facultas autem dimittendi professos votorum simplicium, de quibus agitur, spectat ad Magistrum Generalem Ordinis cum suo generali Consilio. Idem Magister Generalis cum suo generali Consilio poterit in casibus extraordinariis, et praesertim pro regionibus et locis longinquis ad dimissionem decernendam subdelegare probos et prudentes religiosos, qui saltem tres esse debent.

V. Licet ad decernendam dimissionem neque processus neque judicii forma requiratur, sed ad eam procedi possit sola facti veritate inspecta, tamen Superiores procedere debent summa charitate, prudentia, et ex justis et rationabilibus causis, quacumque humana affectione remota, secus eorum conscientia graviter onerata remaneat. Nemo autem ex causa infirmitatis post professionem votorum simplicium superventae dimitti poterit.

VI. Professi dictorum votorum simplicium participes erunt omnium gratiarum et privilegiorum, quibus professi votorum solemnium in memorato Ordine legitime utuntur, fruuntur, et gaudent.

VII. Superiores Regulares, ad quos spectat, concedere poterunt hujusmodi professis litteras dimissorias dumtaxat ad primam Tonsuram, et ad ordines minores, servatis tamen de jure servandis, et praesertim quae circa Ordinationes Regularium ab Apostolica Sede praescripta sunt.

VIII. Anni professionis, qui in dicto Ordine requiruntur, ut quis voce activa et passiva gaudeat, et ad officia admitti possit, a die emissionis votorum simplicium computentur; et professi votorum simplicium suffragium habeant in actis Capitularibus sui Conventus, quatenus et prout habent solemniter professi.

IX. Professi votorum simplicium dominium *radicale*, uti ajunt, suorum bonorum retinere poterunt, sed eis omnino interdicta est eorum administratio, et redditum erogatio atque usus. Debent propterea ante professionem votorum simplicium cedere pro tempore, quo in eadem votorum simplicium professione permanserint, administrationem, usumfructum, et usum quibus eis placuerit, ac etiam suo Ordini, si ita pro eorum libitu existimaverint.

X. Professi votorum simplicium remanere debent in domibus Professorii et studiorum, et vitam communem perfectam observare.

XI. Ad valide emittenda vota solemnia post vota simplicia requiritur professio expressa, et ideo professio tacita omnino abrogata est.

Haec Sanctitas Sua statuit atque constituit, contrariis quibuscumque etiam speciali mentione dignis non obstantibus, quibus Apostolica auctoritate derogat, ac derogatum esse declarat.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Congregationis super statu Regularium hac die 12 Junii 1858.

A. Arch. Philippen. *Secretarius*

N. B. Hujusmodi declarationes extensae fuerunt ad alios Ordines, qui eas expostularunt, sed pro ordinibus Minorum Observantium et Reformatorum, nec non Cappuccinorum in articulo IX sublata sunt verba « *Ac etiam suo ordini*, si ita pro eorum libitu existimaverint »; et subrogata sunt alia verba nempe « *Non tamen suo ordini.* »

III.

Aliæ declarationes quoad vota simplicia.

1. An Professi votorum simplicium quae professioni votorum solemnium juxta litteras encyclicas diei 19 Martii 1857 praemitti debent, teneantur ad officium divinum?

2. An teneantur ad observantiam Regulae Ordinis prout solemniter Professi?

SSmus in Audientia habita ab infrascripto Secretario S. Congregationis super Statu Regularium, die 6 Augusti 1858 respondendum mandavit nempe:

Ad 1. Non teneri ad privatam recitationem divini Officii: debere tamen Choro interesse ut solemniter Professi.

Ad 2. Affirmative, firma declaratione jam data quoad votum paupertatis (I).

A. Bizzarri Arch. Philippen.
Secretarius

Dubium— Juxta Const. Clementis VIII professio votorum solemnium emittenda est in Conventu novitiatus. Ad praescriptum vero legis latae die 19 Martii 1857 professi votorum simplicium debent manere in domibus Professorii, et Studiorum. Hinc quaeritur an Professi votorum simplicium, ut suo tempore ad professionem votorum solemnium admittantur, transferendi sint in Conventum Novitiatus, vel eam emittere possint in Conventu, in quo morantur?

SSmus in audientia habita die 9 Decembris 1857 ab infrascripto Secretario S. Congregationis super statu Regularium, attenta lege de emittendis votis simplicibus die 19 Martii 1857 lata, statuit, atque constituit, ut litteris Apostolicis Clementis VIII, aliisque contrariis quibuscumque non obstantibus, professis votorum simplicium licite et libere professionem votorum solemnium suo tempore emittere possint in Conventu seu Domo, in qua reperiuntur, servatis tamen aliis de jure servandis, quin teneantur profiteri in domo peracti Noviciatus.

A. Arch. Philippen. *Secretarius.*

IV.

Aliae iterum declarationes quoad eadem.

Rme Pater,

Archiepiscopus Mexicanus humillime exponit quod S. V. decreto S. Congregationis super statu Regularium die 19 Martii 1857 praecepit, ut Novitii, jam sexdecim annorum, etiam expleto Novitiatus anno ad normam Tridentini, non alia vota nisi simplicia valeant emittere, dilata emissione solemnium post triennium, si digni tunc reperti fuerint, qui ad professionem admittantur, dummodo ultra 25 annum eorumdem aetatis non protendatur.

Ex expositis sequentia dubia suborta sunt, quorum solutionem a S. V. obsequiosissime expostulat:

1. Possunt ne Novitii post emissa vota simplicia, ante emissionem solemnium ad Sacros Ordines promoveri titulo paupertatis, non obstante Constitutione *Romanus* S. Pii V, die 12 Novembris anni 1568 in lucem edita?

2. Possunt Provinciales dispensare cum Novitiis defectu natalium laborantibus ante emissionem votorum solemnium, ad hoc ut his ordines conferantur?

3. Qui forte habitum religionis induerint, majores jam 25 annorum, aut huic proximi aetati, possunt, expleto jam novitiatus anno, ad vota solemnia, et professionem admitti, an etiam cum similibus expectandum est ulterioris probationis triennium?

4. Si Novitii post emissa vota simplicia aut dimittantur e religione, aut haec ad ipsis mobilitate animi relinquantur; quid cum eis agere debet Ordinarius, si aut ad Sacros ordines, aut ad matrimonium forsitan adspirent?

Ex Audientia SSmi habita a D. Secretario S. Congregationis super statu Regularium sub die 20 Januarii 1860, SSmus ad proposita dubia rescribendum mandavit, ut sequitur:

Ad 1. Negative quoad Ordines Sacros.

Ad 2. Affirmative pro prima tonsura et ordines minores, quatenus Provinciales ex Apostolico indulto legitime gaudeant facultate dispensandi super dicta irregularitate, eaque revocata non fuerint.

Ad 3 Negative ad 1. partem, affirmative ad 2.

Ad 4. Si professi votorum simplicium sive per dimissionem ab Ordine, sive per Apostolicam dispensationem ab emissis votis soluti fuerint, se gerat cum illis prout cum ceteris suis Dioecesanis se gerere debet.

A. Bizzarri Arch. Philippen.
Secretarius.

V.

Postulatum ex Relatione Status Ecclesiae Mexicanae ad S. Congregationem Concilii trasmissa die 20 Iulii 1860.

Cum jure communi receptum sit, ut conjugibus ante consummationem matrimonii, tempus petendi ad deliberandum an vellet

(1) *Vide art. IX. praecedentium declarationum.*

monasticam vitam amplecti, bimestre concedatur, alterque conjux in saeculo manens expectare teneatur donec monasticam vitam amplexus professionem emittat, quin antea alias nuptias inire valeat, a S. C. postulo declarari, num conjux manens in saeculo ne dum bimestre et annum probationis ante simplicium votorum professionem expectare teneatur, sed et subsequens triennium, quo demum expleto juxta recentem disciplinam locus est professioni solemni.

Ex Audientia SSmi die 25 Ianuarii 1861.

SSmus in Audientia habita die 24 Januarii 1861 ab infrascripto Secretario S. Congregationis super Statu Regularium, ad quam dictum postulatum remittendum jusserat, eidem dubio respondendum mandavit, nempe nonnisi per solemnem votorum professionem matrimonium ratum et non consumatum dissolvi; non vero per professionem votorum simplicium; ideoque in casu quo vir juxta legem diei 19 Martii 1857 per S. Congregationem super Statu Regularium latam, vota simplicia emittere debeat ante solemnem professionem, sive ipse, sive ejus conjux recurrere poterit ad Apostolicam Sedem pro obtinenda facultate ut statim emitti possint vota solemnia.

A. Bizzarri Arch. Pilippen.
Secretarius.

VI.

Quoad titulum ad ordines in professis votorum simplicium.

Bme Pater,

Pius PP. VI per litteras Apostolicas sub annulo Piscatoris Motu proprio datas die 25 Iunii anni 1777, prohibuerat, ne cui Episcopus Melitensis primam Tonsurum conferret nisi titulum substentationis habenti. Revera, quum in titulis hujusmodi describendis, nonnisi Beneficia, Cappellanias, Pensiones et Patrimonia memoret, directe de Regularibus non videtur locutus. Tamen ex illo tempore in dioecesi Melitensi Regulares nonnisi cum titulo, paupertatis nimirum, ad Tonsuram, Ordinesque minores promoveri consueverunt. Quumque hic titulus per solemnem professionem acquiratur, Regulares numquam hic, nisi post emissam votorum solemnium professionem sunt promoti.

Nunc vero quaedam immutatio in Ordinibus religiosis inducitur. Per decretum enim, quod ex mandato Beatitudinis Vestrae S. Congregationis super statu Regularium edidit die 19 Martii 1857 praecipitur, ut qui Religiosam vitam in quocumque Ordine profiteri vellet, emenso Tyrocinii anno, ad vota simplicia dumtaxat admitteretur; post quorum emissionem adhuc ex Ordine dimitti posset. Interim tamen permisit, ut Superiores Regularium litteras Dimissoriales ad primam Tonsuram, Ordinesque Minores hujusmodi professis concedere possent.

Ex expositis sequentia dubia orta sunt, quorum solutionem a S. V. Episcopus Meliten humillime expostulat, nempe

1. Utrum praedictus Motus Proprius Pii VI respiciat Regulares ita ut sine titulo substentationis ad primam Tonsuram, Ordinesque minores nequeant Melitae promoveri?

Et quatenus affirmative;

2. Utrum S. V. in supra memorato decreto censeatur hac in parte Motui Proprio Pii VI. derogasse?

3. Sive Motus Proprius Pii VI Regulares proprie non respiciat, sive S. V. hac in parte illi derogaverit; quid dicendum si professi vota simplicia, postquam Tonsuram, ordinesque minores susceperint, ab Ordine dimittantur; eruntne recipiendi in Clerum saecularem, ita ut abitum clericalem gestent, et in susceptis Ordinibus ministrent, quamvis careant titulo substentationis?

Ex Audientia SSmi die 20 Januarii 1860,

SSmus ad suprascripta dubia rescribendum mandavit, ut sequitur:

Ad 1. et 2. Regulares non comprehendi, et etiam Professos votorum simplicium, de quibus agitur, posse admitti ad primam tonsuram et ordines minores non obstante dicto Muto-proprio.

Ad 3. Affirmative in omnibus nisi aliud judicio Episcopi obstet, sed curandum esse, ut, quamprimum fieri poterit, de praescripto titulo provideatur. Minime vero ad Ordines Sacros promoveri posse, nisi praescriptum titulum habeant.

A. Bizzarri Arch. Philippen.
Secretarius

VII.

Aliae rursus declarationes circa huiusmodi professos.

Bme Pater,

Fr. Alexander Vinc. Iandel Magister Generalis Ordinis PP. Praedicatorum exponit occasione nuperrimi Decreti a S. Congregatione super Statu Regularium die 12 Junii 1858 Apostolica auctoritate editi, nova quaedam in quibusdam sui Ordinis Conventibus exorta fuisse dubia, quorum solutionem ab eadem S. Congregatione enixe et humillime exposcit.

1. Cum ex praefati decreti tenore (*num.* 8) professi votorum simplicium suffragium habeant in actis Capitularibus sui Conventus quatenus et prout habent solemniter professi; quaeritur an inter huiusmodi actus Capitulares recenseantur etiam actus receptionis ad votorum solemnium professionem; nam praeterquamquod votorum simplicium professi non sint de corpore professorum solemniter, contingere potest quod professi simplices numero excedant professos solemnes, et inter eos periculum collusionis enascatur, cum alii post alios, vel simul, vel post breve tempus ad solemnem admittendi sint?

2. Utrum rejectio alicujus professi simplicis a majori parte Patrum in Consilio vel totius Conventus in Capitulo per suffragia secreta prolata, ab Ordinis Generali Magistro, nulla alia intercedente inquisitione aut informatione, haberi possit tamquam legitima et justa causa aut prudens judicium, ad hoc ut ejusdem professi votorum simplicium dimissio ab Ordine, et eorumdem votorum solutio ab ipso cum suo generali Concilio decerni et declarari possit?

3. Et quatenus negative, quaeritur tertio quid agendum, si Patres Conventus ad excludendum Novitium a professione solemni perseverent, nec ulterius eadem differri possit eo quod vigintiquinque aetatis suae annos Novitius expleverit?

SSmus D. N. Pius PP. IX in Audientia habita die 7 Febr. 1862 ab infrascripto Secretario S. Congregationis super Statu Regularium ad suprascripta proposita dubia rescribendum mandavit, nempe: ad 1. Negative: ad 2. Negative: ad 3. Pro admissione ad vota solemnia post expletum triennium votorum simplicium, audiri quidem debet Capitulum Conventuale ad instructionem animi Superiorum; minime vero a Superiori Generali vel ab ejus Subdelegato standum erit resolutioni ejusdem Capituli. Quod si aliunde habeantur legitimae causae ad dimittendos professos votorum simplicium, hoc in casu servanda erunt, quae in articulis IV, et V declarationum praescripta sunt.

Insuper Sanctitas Sua ea quae in hoc responso continentur, etiam ad alios Ordines, et Instituta extendit, et extensa esse declaravit.

A. Bizzarri Arch. Philippen.
Secretarius.

INTORNO AL PRIVILEGIO DEL FORO

II.

Sommario—I. Pene oggidì in vigore contro i violatori del privilegio del foro — II. Si esaminano quelle che riguardano chi non tratta le cause ecclesiastiche nel foro sacro— III. Si esaminano quelle che costringono il giudice laico a trarre al suo tribunale le persone ecclesiastiche—IV. Facoltà speciali che oggidì hanno i Vescovi—V. Si chiarisce un dubbio intorno alle dette facoltà—VI. I Concordati circa il privilegio del foro.

I. Venendo a parlare dello stato presente di questo privilegio, fa d'uopo innanzi tutto discorrere delle pene in vigore oggidì, con cui la Chiesa intende di tutelarlo. — E in quanto alle Censure *latae sententiae,* è necessario ricercarle nella Costit. *Apostolicae Sedis*, unico codice di queste pene che di presente abbia vigore. Eccole adunque nei num. VI, VII ed VIII fra le censure riservate al Papa in modo speciale. E sono:

« VI. Impedientes directe vel indirecte exercitium iurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori; et ad hoc recurrentes ad forum saeculare, eiusque mandata procurantes, edentes atque auxilium consilium vel favorem praestantes.

« VII. Cogentes sive indirecte, sive indi-

recte iudices laicos ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas, praeter canonicas dispositiones: item edentes leges vel decreta contra libertatem et iura Ecclesiae.

« VIII. Recurrentes ad laicam potestatem ad impediendas litteras vel acta quaelibet a Sede Apostolica, vel ab eiusdem Legatis aut Delegatis quibuscumque profecta, eorumque promulgationem vel executionem directe, vel indirecte prohibentes, aut eorum causa sive ipsas partes, sive alias laedentes, vel perterrefacientes ».

La Chiesa dunque vuole anche oggidì: 1.° che le cause di natura sacre, o ecclesiastiche siano trattate solo dai tribunali ecclesiastici; 2°. che le persone di chiesa non siano tradotte presso i tribunali laici, ma solo presso la Curia diocesana.

II. Intorno al primo capo, cioè sul dovere di trattar le cause di natura ecclesiastica presso il foro sacro, punisce di scomunica maggiore riservata in modo speciale al Sommo Pontefice:

a) Coloro che impediscono con qualunque mezzo sia diretto, sia indiretto, l'esercizio della ecclesiastica giurisdizione, così del foro interno, come dell'esterno;

b) Coloro che per tal fine ricorrono al foro secolare

c) Coloro che ne procurano i mandati;

d) Coloro che li emettono o li pubblicano;

e) Coloro che a ciò prestano aiuto, consiglio o favore.

L'attuale parroco di S. Matteo si rivolse alla S. Sede, con chiedere che all' investito di questo beneficio s' imponesse l'onere altresì di coadiuvarlo nell'esercizio della cura; giacchè le troppo scarse rendite della parrocchia non gli consentivano di dare un equo assegno al suo coadiutore. Il Vescovo avvalorò le istanze del parroco, mostrando i bisogni della cura e la sconvenienza che in quella chiesa il semplice cappellano avesse un assegno di oltre L. 400, ed il coadiutore non più che L. 150.—Aggiungeva che, accogliendosi la domanda, si prescrivesse anche l'approvazione del

Vescovo alla nomina del cappellano coadiutore.

Nondimeno la S. C., proposto il dubbio: *An et quomodo onus curae animarum annectendum sit praestimonio in casu*, il dì 2 aprile 1887 rispose: *Negative in omnibus.*

Si raccolga:

a) È notissimo il principio di dritto contenuto nel medesimo titolo *del C. un.* § *Omnibus ergo* « Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur ». Lo stesso vien prescritto nel *c. Prohibemus I de Cens.*, nel Can. *Si quis praeb. q. 3* e nel Tridentino *Sess. 25 c. 5 de ref.* dove se ne assegna pur la ragione: « Ratio postulat ut illa quae bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahantur ».

b) La giustizia e la pietà verso i defunti richiedono che le loro disposizioni non vengano mutate, se pur non vi si opponga una grave causa di necessità o di utilità (*Clem. Cum contingit 51 de reliq. dom. L. Verbis ff. et Nov. 22 c. 2*).

c) Nel caso richiedeasi una gravissima mutazione; giacchè di una cappellania semplice si volea fare un beneficio con cura, e mentre per quella basta la nomina del parroco; per questo richiederebbesi, giusta il Tridentino (*Ses. 15 c. 12 de ref.*) l'approvazione del Vescovo.

V.

Se, e come possa conseguirsi il diritto di patronato su di una Chiesa parrocchiale colla ristorazione della Chiesa e coll'aumento della congrua.

Pacten. Iurispatronatus — 2 Aprile 1887—La nobile famiglia Orioles fondò e dotò fin dal 1282 la Chiesa Collegiata di *S. Pietro sopra Patti* con undici canonicati e la prebenda parrocchiale. Sopravvenute le infauste leggi ultime italiane, questa chiesa fu soppressa, come tutte le altre collegiate, e non fu dato alla famiglia fondatrice di far valere i suoi diritti. Oggidì non sopravvivono che sette canonici con scarsissime rendite, come assottigliata è rimasta altresì la congrua parrocchiale. Ma, ciò che più è deplorevole, la Chiesa principale è cadente, nè v' ha nessuno da cui si possa sperare sussidio pei necessarii restauri.

In tale stato di cose, un discendente della famiglia d'Orioles, Cesare d'Orioles Natoli, si offrì da restaurar la chiesa di suo danaro fino alla somma di 8000, secondo che i lavori furono valutati, a condizione a riacquistar su Chiesa il diritto di patronato per sè successori, con facoltà di presentare parroco, di alzarvi tribuna, di essere ed i familiari ivi tumulati, e di appor una lapida commemorativa di questi diritti. Il Vescovo commendò la propos alla S. Sede, soggiungendo però esse conveniente che il d'Orioles garentis inoltre le spese di culto, ed aumentas la congra del parroco.—La S. C. rispos « Prout petitur non expedire ».

Il d'Orioles fece novelle istanze, m strando la gravità del pericolo semp crescente: il Vescovo però tenea fern nelle sue osservazioni. Laonde la S. rescrisse di nuovo: « Orator rem pri componat cum Episcopo, ac deinde r currat ab eodem commendatus ». Do ciò, il Vescovo riferì avere il d'Oriol con lui convenuto che, oltre alle anz dette riparazioni, assegnerebbe al pa roco un aumento di congrua di annue 150. Di che la S. C., proposto il dubbio *An et quomodo patronatus concessio locus sit in casu* —il dì 2 aprile 18 rispose: *Quoad Ecclesiam, affirmativ facto verbo cum SS.mo.*

Corollarii:

a) Per l'acquisto del giuspatronato necessaria o la fondazione e la inte costruzione della Chiesa, o la dotazio della medesima, giusta il Tridentino (*Ses 15, cap. 12 de ref.*): « Nemo etia cuiusvis dignitatis ecclesiasticae vel sa cularis quacumque ratione, nisi ecc siam, beneficium aut capellam de no fundaverit et construxerit, seu iam rectam quae tamen sine sufficienti do fuerit, de suis propriis et patrimoni libus bonis competenter dotaverit, i patronatus impetrare, aut obtinere po sit aut debeat ».

b) Perciò non è necessario per ta acquisto che un solo fondi, costruisca doti la chiesa come vuole il Pitonio (*leg. 54 De contr. patron. n. 24*); basta che faccia una sola di queste co Così lo stesso Fagnano benchè rigido (*Cap. Quoniam De iurepatron. n. 4* « Ad acquirendum iuspatronatus non quiritur ut una eademque persona f

et, construat, et dotet Ecclesiam, sed atis est, ut unus det fundum, alius æificet et alius assignet dotem de consensu dioecesani ».—Così pure il Mahat (*Canon. Instit. lib. 3, tit. 38, q. , n. 4*): « Ad acquirendum ius patroatus sufficit unum ex tribus praestare, ei fundare, vel extruere, vel dotare ».

c) Ed è da notare che chi fonda o ostruisce o dota la Chiesa, acquista il iuspatronato *ipso iure*, benchè nol chieda o non lo deduca in patto, secondo il *ap. Nobis 25 De iurepatr.* e secondo a Glossa al *cap. 9 De Consecr. dist. 1.*

d) Se poi basti ad ottenere il giuspatronato la sola riparazione della chiesa il solo aumento della dote beneficiale, cosa dubbia fra i Canonisti. Alcuni, ome il Ferraris (v. *Iuspatronatus art. n. 24*), il Garcia (*De Benef. p. 5 c. , n. 51*) il d'Annibale (*Summula, tom. II. n. 27, not. 23*), negano, essendonè un tal diritto, menomando la potedà del Vescovo e la libera amministrazione della Chiesa, devesi concedere solo er gravi cause e veramente canoniche v. *Trid. Sess. 25, cap. 9*).

e) Altri affermano, allegando il Tridentino, il quale *l. c.* almeno indirettamente ammette l'acquisto del giuspatronato anche per l'aumento della dote, o er una nuova costituzione della medeima o per una simile causa, quando imone ai Vescovi di esaminare diligentemente i patronati acquistati o da acquitare « seu ex augmento dotis, seu ex uova constitutione, aut simili causa ».

f) Nel caso, non è detto se il patronato si aggiudica per giustizia ovvero per grazia. Certo la famiglia d'Orioles vi aveva diritto, se non pei beneficii promessi, pei meriti antichi verso di quella Chiesa, i quali soli sarebbero bastati a far loro ottenere questo diritto.

VI.

Quali beneficii possano i Vescovi unire e ridurre.

Urgellen. Reductionis onerum et unionis beneficiorum—2 Aprile 1887—*Per summaria precum.* Nella chiesa ricettizia di Agramunt in Dioc. di Urgel (Spagna) esisteva un tempo una comunia di ben 12 beneficii con varii obblighi, i quali vennero dal Governo soppressi. Ora non rimane che un solo beneficiato con scarsissimo emolumento, sul qual ricadrebbero tutti i pesi della comunia. Nel 1867, in forza di una convenzione tra il Governo e la S. Sede, fu data ai Vescovi la facoltà di estinguere del tutto gli antichi beneficii, già perduti in gran parte, e di fondarne dei nuovi dalle rendite che sopravvanzavano, con congrue dotazioni e con discreti pesi a loro arbitrio. Or il Vescovo di Urgel richiese alla S. C. che ciò si potesse fare altresì colla comunia di Agramunt.

La S. C., presa in considerazione la istanza, il dì 2 aprile 1887 benignamente rescrisse:

Ordinarius procedat ad erectionem unius vel plurium beneficiorum, prout dotari poterunt ex reditibus extantibus ad normam conventionis anni 1867.

Ecco i principii ricordati nella discussione:

a) Il Tridentino (Sess. 14, c. 15 de ref.) dà la seguente facoltà ai Vescovi: «In ecclesiis cathedralibus et collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues, sunt praebendae simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti canonicorum gradui pro loci et personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis, cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia, iis unire, vel si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis.... quarum fructus et proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere ».

b) Nel caso, la riduzione richiesta sembra quasi di piena competenza del Vescovo. Si è detto *quasi;* giacchè la riduzione proposta non sarebbe ordinaria, ma eccessiva, tendendo alla estinzione della collegiata o comunia. Inoltre il Tridentino nel permettere le unioni, le vuole « sine cultus divini praeiudicio » *(Sess. 23, c. 18 del ref.)*. Nel caso la riduzione dei beneficii avrebbe portata la diminuzione o anche la cessazione della salmodia e delle altre sacre funzioni.

c) Perciò la S. Sede ha concessa al Vescovo quell' autorità che forse non avea da sè, permettendo quanto si richiedeva.

VII.

Se i sussidii dotali possano darsi a donne non maritate.

Teresa Borg nel 1853 ottenne un sussidio dotale di L. 180; Caterina Magro nel 1883 ne conseguì un altro di L. 1000. Amendue settuagenarie, non aveano voluto andare a marito. Or essendo poverissime, e per giunta inferme, si rivolsero alla S. Sede, chiedendo in grazia il rispettivo sussidio che giaceva ozioso presso la deputazione amministratrice.

Il Vescovo amministratore di Malta, nel commendare le istanze, propose che il terzo di quei sussidii fosse ceduto alle suore Terziarie da lui stabilite con scarsissime entrate, che operavano gran bene.

La S. C., considerando:

a) Che un legato di dote lasciato pel tempo delle nozze rimane sempre incerto e condizionato finchè non si verifichino le nozze (Rota *decis 211, n. 5. p. 18*);

b) Che perciò non si può mai richiedere se non dietro la prova della verificata condizione (Amostazo *De caus. piis lib. 4, c. b, n. 12;* Mantica *De coniect. lib. 11, tit. 18, n. 18;* Rota *l. c.*);

c) Che, nondimeno, intervenendo una giusta causa, la S. Sede ha permesso talvolta siffatti sussidii a giovani nubili, come le S. C. del Conc. *in Tuscanen 17 sept. 1839* ad una giovane oltre i 25 anni povera e consanguinea al fondatore;

Per queste ragioni, il dì 2 aprile 1887, benignamente rescrisse:

Accedente consensu administratorum, pro gratia quoad medietatem subsidii dotalis.

Sacra Congregazione dell'Indice.

Condanna di un opuscolo.

Decretum—10 Marzo 1887—La S. C. condanna e mette all'Indice, con approvazione di S. S., l'opuscolo seguente, già condannato dalla S. R. U. Inquisizione con Decr. *Fer. IV 9 martii 1887:*

Le Pape et l'Allemagne—Rome, Typographie rue Arcione, 111 — 1 mar. 1887.

Sacra Congregazione de' Riti.

I.

I Terziarii francescani, nelle processioni, godono del diritto della precedenza su tutte le altre Confraternite

Decretum—28 Maii 1886—Quaesitum quum fuerit a Sacra Rituum Congregatione an Tertiarii Franciscales iure gaudeant praecedentiae super quasdam laicas Sodalitates:

Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, omnibus maturo examine perpensis, ita rescribendum rata est: — Ad tramites Apostolicarum Constitutionum, necnon Declarationum Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium diei 20 septembris 1748, Tertiariis Franciscalibus coetum constituentibus, nemque proprio habitu indutis et sub cruce incedentibus, ius inest supra quascumque Sodalitates laicas. Atque ita rescripsit ac declaravit die 28 maii 1886.

D. *Card.* Bartolinius
Praefectus.

Laurentius Salvati
Secretarius.

II.

Si conferma il precedente decreto.

Novarien. — 1 Jun. 1886 — Vicarius Capitularis Dioeceseos Novariensis exponit quod post Encyclicam *Auspicato* diei 17 septembris 1882, relate ad Ordinem Tertii Ordinis S. Francisci, complures in dicta Dioecesi nomen dederunt eidem Ordini S. Francisci. Et quidam sufecti a proprio Parocho, et innixi Brevi *Ad Audientiam* Benedicti XIII, contendunt sibi uti Religiosis deberi praecedentiam in processionibus, aliisque functionibus Ecclesiasticis prae Confraternitatibus, haud exclusa Confraternitate SS. Sacramenti. Ad contentiones dirimendas exinde exortas, dissidia componenda, praefatus Vicarius Capitularis Sacram Rituum Congregationem adiit ac insequentia dubia proposuit pro opportuna declaratione.

I. Utrum Tertiariis, qui professionem emiserunt, ad tramites Caeremonialis diei 18 iunii 1883 a Sacra Rituum Congregatione approbati, et propria vexilla

habent, ius competat processionibus et functionibus ecclesiasticis interveniendi cum propriis vexillis, nec non praecedentia prae omnibus Confraternitatibus.—II. Utrum eisdem competat eadem praecedentia prae Sanctissimi Sacramenti Confraternitate?—III. Et quatenus affirmative, quomodo in casu praecedendum sit?—Et Sacra eadem Congregatio ad relationem infrascripti Secretarii, propositis dubiis rescripsit: Detur Decretum diei 28 maii vertentis anni.

Die 1 iunii 1886.

D. *Card.* Bartolinius
Praefectus.

Laurentius Salvati
Secretarius.

III.

Lezioni da dirsi nel giorno che segue la festa de' Ss. Apost. Simone e Giuda e nell'Ottava della Immacolata.

Namurcen—17 Jan. 1887—R.mus D. Eduardus Iosephus Bèliss hodiernus Episcopus Namurcensis in Belgio Sacræ Rituum Congregationi sequentia Dubia pro opportuna solutione humillime subjecit, nimirum:

Dubium I. Iuxta Breviarii Rubricam Feria quinta hebdomadae Quartae Octobris propriam, quando quatuor tantum hebdomadas habet October, historia Martyrii Machabaeorum legi debet Feria quinta, sexta et Sabbato hebdomadae quartae. Porro si Feria quinta occurrat festum habens Lectiones primi Nocturni proprias, uti hoc anno festum Sanctoram Simonis et Iudae, quaeritur quaenam Lectiones legi debeant Feria Sexta, an Lectiones Dominicae quintae, an Lectiones Feriae secundae ejusdem hebdomadae quintae Octobris?

Dubium II. Octava Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis incidebat superiore anno in Feriam quartam Quatuor Temporum Adventus, secundum Rubricam Generalem nona Lectio debet esse de Homilia Feriae, sicuti ultimum Evangelium Missae. Porro hoc Evangelium idem est ac Evangelium Festi. Quid igitur agendum?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, omnibus in casu perpensis, ita propositis Dubiis rescribendum censuit, videlicet:

Ad I. *Affirmative ad primam partem; negative ad secundam;*

Ad II. *Detur Decretum diei 16 Septembris 1865 in una Aesina* (1). Atque ita rescripsit ac declaravit die 17 Ianuarii 1887.

D. *Card.* Bartolinius
Praefectus.

Laurentius Salvati
Secretarius.

IV.

I canonici occupati ai processi così Ordinarii come Apostolici per le cause dei Servi di Dio, benchè assenti dal coro, partecipano a tutte le distribuzioni.

Decretum—27 Febr. 1887—Ad tollendam quamvis ambiguitatem circa sensum Decretorum Summorum Pontificum Benedicti XIV et Pii VII, in quibus provisum fuerat, Dignitatibus omnibus et Canonicis ubique locorum, qui construendis Apostolica vel Ordinaria Auctoritate Tabulis in Servorum Dei ac Beatorum Causis operam dabunt, licet a choro absentibus ea de causa, nedum quotidianas distributiones deberi, verum etiam alias omnes quocumque jure, ti-

(1) Ecco il tenore del cit. decreto:

" Quum editor Kalendarii Dioeceseos Aesinæ, et Caeremoniarius Episcopalis sequentium Dubiorum solutionem a Sacra Rituum Congregatione humillime exquisierint, nempe:

" Dubium I. A Sacra Rituum Congregatione die 4 Septembris 1773 in una *Concken*, in occurrentia Festi Sancti Eliae Prophetae cum Sabbato quatuor temporum Quadragesimae idem Evangelium habente ac illud Festi praedicti, decretum fecit de Feria fieri debere Commemorationem sine ejus Homilia pro nona Lectione, non obstante dispositione Rubricae particularis pro Festo Expectationis Partus Beatae Mariae Virginis; unde quaeritur, an hoc ipsum servandum sit quando dies octava Immaculatae Conceptionis ejusdem Beatae Mariae Virginis incidat in Feriam quartam quatuor Temporum Adventus, quae pariter idem Evangelium habet ac illud Octavae supradictae?

" Dubium II. Quum Evangelium Missae Immaculatae Conceptionis non contineat nisi exiguam partem Evangelii Feriae quartae Quatuor Temporum Adventus, quaeritur: an occurrente Octava Conceptionis in dicta Feria legi debeat in fine Missae Evangelium Feriæ?—Resp.

" Ad I. Omittitur nona lectio Homiliae Feriae Quatuor Temporum;

" Ad II. Omittatur ultimum Evangelium. "

tulo et nomine, et quibusvis sub clausulis personale servitium exquirentes, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, instante me infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, declarare dignatus est ac statuere, ut Dignitates seu Canonici, qui inserviunt Processibus tum Ordinariis tum Apostolicis, habeantur tamquam praesentes in choro, mutato officio; et ideo omnia percipiant emolumenta etiam eventualia. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. *Card.* Bartolinius
Praefectus.

Laurentius Salvati
Secretarius.

V.

Se il pubblico oratorio e le private cappelle del Camposanto debbano benedirsi.

Capuana — 31 Jan. 1887 — E.mus et R.mus D. Cardinalis Alphonsus Capecelatro hodiernus Archiepiscopus Capuanus exponens huic Sanctæ Apostolicæ Sedi usum in sibi credita Archidioecesi invectum erigendi in publico Cœmeterio, ubi publicum Oratorium habetur, particularia seorsim Sacella penes privata familiorum sepulcra, in quibus Sacellis permittitur aliquando Missae celebratio, huic Sacrorum Rituum Congregationi insequentia Dubia circa eorumdem Sacellorum benedictionem pro opportuna resolutione subjecit, nimirum:

Dubium I. An principale Coemeterii publici Oratorium per propriam benedictionem benedicendum sit?

Dubium II. An privatae aediculae seu Sacella in privatorum sepulcris benedicenda sint?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisitoque voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, re mature perpensa, ita propositis Dubiis rescribendum censuit:

Ad I. *Affirmative, tamquam per publicum Oratorium.*

Ad II. *Negative.*

Atque ita rescripsit die 31 Januarii 1887.

D. *Card.* Bartolinius *Praefec.*

Laurentius Salvati *Secret.*

VI.

Sul modo di cantare il Kyrie, *l'*Agnus Dei *ecc., di dar la pace, di preparar l'offertorio nei pontificali, di recitare l'*Aperi Domine *nell'ufficio corale; e se dai ministri nelle messe Cantate debba farsi riverenza, oppure genuflessione, alla Croce.*

Concordien — 31 ian. 1887 — Hodiernus Sacrarum Caeremoniarum Magister in Seminario Episcopali Concordien, insequentium Dubiorum declarationem, de consensu sui R.mi Episcopi, a Sacrorum Rituum Congregatione humillime expetivit, nimirum:

Dubium I. In Caeremoniali Episcoporum lib. I. cap. 28 n. 6 dicitur: « Regulare est « sive in Vesperis, sive in Matutinis sive « in Missa, ut primus versus Canticorum « et Hymnorum cantetur a Choro in to- « no intelligibili, non autem ab organo ». Inde patet quod in Angelico Hymno sub exitu Praefationis prima vox *Sanctus* sit a Choro canenda, secunda sit a Choro supplenda, tertia iterum a choro cantanda. Id quoque videtur faciendum in repetitis precationibus *Kyrie eleison et Agnus Dei qui tollis etc.* ita ut primum *Kyrie* et primum *Agnus Dei* canenda sint a choro, alterum *Kyrie* et alterum *Agnus Dei* ab Organo modulentur; an recte?

Dubium II. Tum Missale, tum Caeremoniale Episcoporum praecipiunt ut qui dant et qui recipiunt pacis osculum se invicem amplectetur sinistras mutuo appropinquantes genas. In Dioecesi Concordiensi ab immemorabili tempore mos est pacem Canonicis, presbyteris et clericis in choro praesentibus dandi et accipiendi per manum et brachiorum aperitionem ut in missa ad *Dominus vobiscum*. Potestne tolerari hujusmodi vetustissima consuetudo? Et in casu negativo, quomodo potest decore pacis osculum praeberi primo ex Canonicis Presbyteris, primo ex Canonicis Diaconis, et primo ex Canonicis Subdiaconis, ubi distinctae sunt praebendae, ut praecipit Caeremon. Episcop. lib. I. cap. 24. n. 6. si ad eos non pateat immediate accessus aliis interpositis Canonicis?

Dubium III. Caeremoniale Episcoporum lib. II. cap. 8. n. 61 praecipit ut in Missa Pontificali super Patena duas apponantur hostiae ex quibus Diaconus

unam accipiens, cum ea primo alteram tangat, ac postea patenam et calicem intus et extra, eademque Sacristae ibi praesenti praegustandam praebeat; et n. 62 praecipit ut Diaconus priusquam in Calicem Vinum et aquam infundat, parum vini et aquae in cyathum immittat a Sacrista bibendum. Praeteriri ne poterunt hujusmodi Rubricae, si ab immemorabili non fuerunt in Dioecesi servatae?

Dubium IV. In Cathedrali Dioeceseos Concordien, priusquam inchoetur Officium, Ebdomadarius elata voce, choralibus audientibus, recitat Orationem praeparatoriam « *Aperi Domine os meum* » quae primis Breviarii Romani paginis prostat. Corales nonnulli dubitant an istius Orationis vocabula « *os meum, cor meum recitare valeam et exaudiri merear* » sint proferendae singulari vel plurali numero, vel an potius omnes in choro praesentes elata voce praedictam orationem proferre debeant?

Dubium V. Quando Diaconus et Subdiaconus una cum Celebrante adeunt Altare Missam solemnem inchoaturi, et quoties simul juncti debent vel ad altare accedere, vel ab altare recedere, debentne, si sola Crux prostet in Altari, illam revereri humeros flectentes ut in Caerem. Episcoporum lib. II cap. 3. n. 3. presbyteris paratis, et in Vesperis Celebranti assistentibus praecipitur, vel potius genuflectere Cruci deberent ut auctores liturgici autumant?

Sacra vero Rituum Congregatio hisce Dubiis, a Secretario infrascripto relatis, sedulo expensis, sic rescribendum censuit:

Ad I, II, III et IV. *Serventur praescripta in Pontificali, Caeremoniali Episcoporum et Breviario.*

Ad V. *In Missa solemni, si Ministri Sacri sint Canonici, etiam sejuncti a Celebrante, Crucem Altaris inclinant; si vero non sint Canonici, tam iuncti, quam sejuncti a Celebrante, Cruci genuflectere debent.* Atque ita rescripsit die 31. Ianuarii 1887.

D. *Card.* Bartolinius
Praefectus.

Laurentius Salvati
Secretarius.

Sacra Congregazione delle Indulgenze

Intorno alla facoltà di benedire con una sola formola i quattro soliti scapolari.

Beatissime Pater!

Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Recollectorum et Discalceatorum ad pedes S. T. provolutus humiliter exponit, quasdam provincias ad praefatam procuram pertinentes a S. Sede obtinuisse Breve, quo omnibus et singulis earumdem presbyteris ad decennium concessum fuit, ut quatuor scapularia SS.mae Trinitatis, Immaculatae Conceptionis, B. M. V. Septem Dolorum, ac de Monte Carmelo uno opere conjuncta, dummodo sint confecta ad normam a S. Sede approbatam, sub una tantum formula, qua Congregationis SSmi Redemptoris presbyteri saeculares impetrata sibi venia ab Apostolica Sede utuntur, benedicere cum applicatione indulgentiarum, quae respectivis scapularibus adnexae sunt, eademque fidelibus juxta normam a praefatis presbyteris adhibitam imponere libere ac licite possint valeantque.

Praefata facultas memorata quatuor scapularia uno opere conjuncta benedicendi et imponendi sub unica formula obtineri etiam potest mediantibus Secretaria Memorialium, SS. Rituum Congregatione, necnon S. Congregatione de Propaganda Fide.

Quum autem de hujusmodi concessionis extensione exortum fuerit dubium, hinc ne fideles ex invalida scapularium benedictione et impositione indulgentiis privati existant, Orator suppliciter petit, ut S. T. sequentia dubia declarare dignetur: 1. *Utrum hujusmodi concessio mediantibus Secretariis Brevium et Memorialium necnon Sacris Congregationibus de Propaganda Fide ac SS. Rituum obtenta,* sola *sufficiat ad validam memoratorum scapularium benedictionem et impositionem, an vero insuper necessarium sit, ut habeatur vel obtineatur facultas dicta scapularia benedicendi et imponendi a respectivi Ordinis Superiore?* Et quatenus affirmative ad primam et negative ad secundam, 2. *An hac sola facultate a S. Se-*

de obtenta, memorata quatuor scapularia valide benedici et imponi valeant etiam singillatim, ita scilicet, ut unum vel duo ex his scapularibus valide benedici et imponi valeant, quin benedicantur et imponantur cetera? 3. *An qui dicta quatuor scapularia benedicendi imponendique facultatem obtinuit a respectivi Ordinis Superiore, licite ac valide uti possit breviori formula a S. Rituum Congregatione approbata, non obtenta ad hoc a S. Sede facultate speciali?* Et quatenus ad primum dubium respondeatur negative ad primam partem, affirmative ad secundam, 4. *Humiliter supplicatur, ut S. T. benigne sanare et ratas habere dignetur praefatorum scapularium benedictiones et impositiones, quae usque nunc peractae sunt et ex ignorata hujusmodi declaratione bona fide peragentur* sola *memorata facultate a S. Sede obtenta.*— Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita respondit: Ad 1^m^: *Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam;* Ad 2^m^: *Ad Sacram Rituum Congregationem;* Ad 3^m^: *Valide quidem, sed non licite;* Ad 4^m^: *Supplex exhibeatur libellus pro postulatis.* Datum ex Secretaria ejusdem Sacrae Cong. die 12 Sept. 1883.

A. *Card.* Bilio

Franciscus della Volpe, *Secret.*

Ecco la formola concessa dalla S. C. de' Riti, con decreto del dì 29 luglio 1886, ai Chierici Regolari del SS. Redentore:

Formula benedicendi quinque Scapularia SS. Trinitatis, Passionis D. N. I. C., B. M. V. de Monte Carmelo, Immaculatae Conceptionis et Septem Dolorum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram,

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe omnium caput Fidelium, et humani generis Salvator, qui tegmen nostrae mortalitatis induere dignatus es; obsecramus immensam largitatis Tuae abundantiam, ut indumenta haec in obsequium Sanctissimae Trinitatis instituta, nec non in honorem et memoriam dolorosissimae Passionis Tuae, in honorem Beatissimae Virginis Matris Tuae sine labe conceptae, doloresque Tuos ac vices peramanter dolentis, et Carmeli Ordinem suo patrocinio decorantis, ita benedicere et sanctificare digneris, ut qui (vel quae) ea assumpserint, eadem Genitrice Tua intercedente, Te quoque Salutare nostrum corpore et anima induere mereantur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

℟. Amen.

(Aspergit acqua benedicta).

—

Sacerdos omnibus Scapularia imponat, ac deinde formulam proferat supra omnes simul:

I. Accipite Habitum Ordinis Sanctissimae Trinitatis in fidei, spei et caritatis augmentum, ut induatis novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate.

II. Accipite Scapulare Passionis Domini Nostri Iesu Christi, ut veterem hominem exuti, ipsum digne perferatis, et ad vitam perveniatis sempiternam.

III. Accipite habitum Ordinis Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, ut ejus patrocinio ab omni errore et adversitate liberati, Domino fideliter serviatis.

IV. Accipite Scapulare devotorum Beatae Mariae Virginis sine labe conceptae, ut ejus intercessione ab omni inquinamento mundati, ad vitam perveniatis aeternam.

V. Accipite habitum Servorum Beatae Mariae Virginis, Septem Dolores Ejus devote recolentium, ut dolores ipsos assidue recogitantes, passionem Domini Nostri Iesu Christi in corde et corpore vestro impressam jugiter teneatis.

Ego ex facultate Apostolica mihi delegata recipio vos in participationem bonorum spiritualium et Indulgentiarum quibus praedicti Ordines seu Congregationes pollent. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

℣. Salvos fac servos tuos,

℟. Deus meus, sperantes in Te.

℣. Mitte eis auxilium de Sancto,

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Esto eis, Domine, turris fortitudinis,
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis,
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et quibus in tuo nomine Sacros habitus imposuimus, ita benedicere digneris, ut Tuae gratiae cooperantes vitam consequi mereantur aeternam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patris, et Filii et Spiritus Sancti descendat super vos, et maneat semper. ℟. Amen.

Formula recitetur numero singulari si uni tantum personae sint Scapularia imponenda.

Congregationis

Sanctissimi Redemptoris

Per duplex Rescriptum diei 14 Septembris 1857 et 31 Ianuarii 1873, same. Pius Papa Nonus favore Sacerdotum Congregationis Sanctissimi Redemptoris approbavit formulam unicam et breviorem benedicendi modumque imponendi quatuor Scapularia Sanctissimae Trinitatis, Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, Immaculatae Conceptionis et Septem Dolorum ejusdem Beatae Virginis; idque ob numerum frequentiorem, ac saepe frequentissimum fidelium hisce sacris scapularibus indui exoptantium. Quoniam vero iidem Fideles generatim, praeter quatuor praedicta Scapularia, Scapulare quoque Passionis D. N. I. C. imponi sibi cupiunt; R.mus Pater Nicolaus Mauron, Congregationis Sanctissimi Redemptoris Superior Generalis et Rector Major, Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII humillime supplicavit, ut illa quinque Scapularia sub unica formula ab Alumnis ejusdem Congregationis benedici et imponi valeant, idque per formulam jam approbatam, additis tantum suis locis quae ad Scapulare Dominicae Passionis pertinent, juxta modum a se propositum. Has porro preces, ab infrascripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario relatas, quum Sanctitas Sua peramanter exceperit, formulam ad benedicendum praefata quinque Scapularia favore Sacerdotum Congregationis Sanctissimi Redemptoris, uti huic praejacet Decreto, benigne approbavit et concessit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 29 Iulii 1886.

D. *Card.* Bartolinius *Praefectus.*
Laurentius Salvati *Secretarius*

SULLO STATO DEI REGOLARI

Decreti e Dichiarazioni

§. III.

Sulla Professione de' Voti semplici, da premettersi alla solenne.

(Continuaz.—V. pag. 34-39 di q. P.)

VIII.

Super nullitate professionis votorum solemnium: non praemissa professione votorum simplicium.

PIUS PP. IX.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Ad universalis Ecclesiae regimen, Deo sic disponente, vocati, pro pastorali, qua urgemur sollicitudine haud praetermisimus ad religiosas quoque familias mentis aciem, animique curas intendere, ut eae, de christiana et civili republica optime meritae, ad pristinum splendorem revocarentur, et incrementum acciperent. Probe autem agnovimus tristissimis hisce temporibus, quibus inimici Crucis Christi humana divinaque omnia pessumdare, ac mores pervertere student, maximam adhibendam esse curam, sollicitudinem, diligentiam, ad eorum spiritum, uti par est, probandum, qui vota solemnia Deo nuncupare postulant, ne quis admittatur, qui saeculi contagione pollutus electum Christi gregem inficiat; vel verae vocationis expers, susceptique Instituti pertaesus gravem sodalibus molestiam inferat cum disciplinae perturbatione, et regularis observantiae discrimine. Idcirco, audito voto VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Congregationis super statu Regularium

nonnulla hac super re mandavimus edi decreta, inter quae illud praesertim in praesens commemorandum est, quod per litteras encyclicas die XIX Martii MDCCCLVII a V. Fratre Andrea Bizzarri Archiepiscopo Philippensi memoratae Nostrae Congregationis Secretario signatas, publicatum est. In praefatis autem litteris haec, quae sequuntur, quoad religiosos virorum Ordines, ac Instituta ex Nostro expresso mandato, et Apostolica auctoritate sancita fuere, sclicet: « *Peracta probatione et novitiatu ad praescriptum S. Concilii Tridentini, Constitutionum Apostolicarum, et statutorum ordinis a S. Sede adprobatorum, novitii vota simplicia emittant postquam expleverint aetatem annorum sexdecim ab eodem Tridentino Concilio statutam, vel aliam majorem, quae forsan a statutis proprii Ordinis a S. Sede approbatis requiratur, et quoad laicos et conversos postquam ad eam pervenerint aetatem, quae in Constitutione Clementis VIII. incipiente* « In Supremo » *praefinita est. Professi post triennium a die, quo vota simplicia emiserint computandum, si digni reperiantur, ad professionem votorum solemnium admittantur, nisi fortasse pro aliquibus locis, uti nonnullis Institutis indultum est, professio votorum simplicium ad longius tempus jam concessa fuerit. Poterit vero Superior generalis ac etiam Superior provincialis ex justis et rationabilibus causis professionem votorum solemnium differre, non tamen ultra aetatem annorum vigintiquinque expletorum. Si vero in Ordine seu Instituto Provinciales non habeantur, eadem differendi professionem votorum solemnium facultas attribuitur etiam Superiori domus Novitiatus, de consensu tamen Magistri novitiorum, et duorum Religiosorum, qui in Instituto aliquo gradu sint insigniti. Decreta Congregationis super statu Regularium incipien.* « Romani Pontifices » et « Regulari disciplinae » *anno MDCCCXLVIII. promulgata omnino serventur in receptione ad habitum, novitiatum, et professionem votorum simplicium.* Postquam hoc decretum executioni demandatum fuit, ex ipsa experientia comperimus quantum utilitatis ex eo religiosæ familiae retulerint, et referre possint. Verum nuper agnovimus aliquos novitios, prætermissa professione votorum simplicium, ad vota solemnia nuncupanda admissos fuisse, et exinde circa dictorum votorum solemnium validitatem gravia dubia suborta esse. Nos igitur cupientes in re tanti momenti omnem ambigendi causam imposterum removere, motu proprio, et certa scientia, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, quoad religiosas virorum familias cujuscumque Ordinis, Congregationis et Instituti, in quibus solemnia vota emittuntur, statuimus, ac decernimus nullam omnino, irritam, et nullius roboris fore professionem votorum solemnium tam scienter, quam ignoranter, quovis modo, praetextu, et colore factam a novitiis quibuscumque, etiam laicis, et conversis, qui licet probationem, et novitiatum prout de jure expleverint, non emittant prius professionem votorum simplicium, et in ea per triennium integrum non permanserint, quamvis vel a Superioribus, vel a novitiis, vel ab utrisque intentio habeatur respective recipiendi ad vota solemnia, et ea emittendi, ac omnes ritus adhibeantur ad professionem votorum solemnium praescripti. Haec volumus, statuimus, praecipimus, mandamus non obstantibus, quatenus opus est, Constitutione Benedicti XIV Praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque Apostolicis, et universalibus, provincialibusque et Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, regulis, statutis, et consuetudinibus cujusque Ordinis, Congregationis et Instituti etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, et litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, innovatis, quamvis specifica et individua mentione dignis, quibus omnibus et singulis illorum tenoribus praesentibus pro insertis habentes ad praemissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Decernentes has Nostras litteras semper et perpetuo validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, ad quos spectat, et in futurum spe-

ctabit, plenissime suffragari, et ab omnibus inviolabiliter observari, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, ac inane esse et fore volumus, et declaramus.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VII Febr. MDCCCLXII Pontificatus Nostri Anno Decimo sexto.

B. *Card.* Barberinius.

IX.

Quid de votis simplicibus post exclaustrationem.

B.me Pater,

Frater Theophilus a S. Corde Maria Sacerdos professus et Novitiorum Magister in extincto Collegio Apostolico B. M. V. de Zapopan. in dioecesi de Guadalaxara, sua ductus tristissima experientia, aliorumque Religiosorum virorum consilio, ut suae conscientiae satisfaciat, proponit Dubium: « Utrum juvenes, qui ante exclaustrationem vota simplicia emiserant, ab iis liberi sint reputandi, ita ut si denuo aperiantur Monasteria, incipere et prosequi novitiatum debeant juxta Decretum super Statu Regularium, cujus initium « Neminem latet» de die 19 Martii 1857.

Ex Aud. SSmi die 4. Julii 1862.

SSmus proposito dubio respondendum mandavit « *Negative* ».

A. Arch. Philippen. *Secretarius*

X.

De tempore, quo professi votorum simplicium suarum rerum dominium a se abdicare possunt per renunciationem quam Tridentina Synodus respicit in cap. XVI. Sess. XXV. de regularibus.

Decretum. Lata lege de praemittendis votis simplicibus professioni votorum solemnium per Encyclicam Epistolam hujus Sac. Congregationis super statu Regularium die 19 Martii 1857 nonnullae deinde editae fuerunt declarationes quoad ipsa vota simplicia, et relate ad votum simplex paupertatis constitutum fuit « *Professi votorum simplicium DOMINIUM RADICALE, uti ajunt, suorum bonorum retinere poterunt, sed eis omnino interdicta est eorum administratio, et reddituum erogatio, atque usus. Debent propterea ante professionem votorum simplicium cedere pro tempore, quo in eadem votorum simplicium professione permanserint, administrationem, et usumfructum, et usum, quibus eis placuerit, ac etiam suo ordini, si ita pro eorum libitu existimaverint* ».

Nuper vero dubium exortum est, quandonam Professi votorum simplicium emittere possint renunciationem, de qua Sacrosanctum Concilium Tridentinum sess. XXV *de Regularibus* cap. XVI agit quaque ipsi suarum rerum dominium a se abdicent. Dubio ad SSmum D. N. Pium PP. IX relato ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis super Statu Regularium in audientia habita 1 Augusti 1862, Sanctitas Sua Apostolica auctoritate statuit, atque constituit, renunciationem, quam in citato capite XVI sess. XXV *de Regularibus* Concilium Tridentinum respicit, pro professis votorum simplicium locum habere infra duos menses proximo ante professionem votorum solemnium. Contrariis quibuscumque non obstantibus. — Datum Romae eodem die et anno ex Secretaria S. Congregationis super Statu Regularium.

A. Bizzarri *Arch.* Philippen. *Secretarius.*

XI.

De prorogatione triennii votorum simplicium

Lex de praemittendis votis simplicibus, et in iis permanendi per triennium omnes Novitios afficit sive aetatem citra annos viginti habeant, sive illam quomodolibet excesserint. Cum vero juxta Encyclicam *Neminem latet;* et Litteras apostolicas *Ad universalis Ecclesiae* Superiores possint *ex justis, et rationabilibus causis professionem votorum solemnium differre, non tamen ultra aetatem annorum vigintiquinque expletorum*, a nonnullis dubitatum est, an Superiores ipsi professionem votorum solemnium ultra praescriptum triennium votorum simplicium etiam iis, qui aetatem annorum vigintiquinque quomodolibet superaverint, differre valeant. Ratio dubitandi erat, quod eadem causa pro utrisque locum habet, nempe ulterior probatio. Verum haec dubitandi ratio haud vim habere ab aliis respondebatur,

nam quando lex clare, aperteque aliquid excludit, interpretatio minime admittenda est, prout accidit in themate; lex enim hanc facultatem differendi Superioribus tribuit pro professis usque ad aetatem vigintiquinque annorum completorum. Insuper dicta differendi potestas pro professis vigintiquinque annis minoribus necessaria erat ob specialia rerum publicarum adjuncta, quæ personas praedictam aetatem excedentes non respiciunt. Insuper si quis in novitiatu, et infra triennium votorum simplicium vocationis signa non dederit, licet jam ad maturam aetatem pervenerit, spes rationabiliter effulgere non potest, ut deinde illa praebeat; quin imo aliis professis periculo offensionis, et scandali esse potest, et timendum est, ut ob importunitatem, licet indignus, ad professionem votorum solemnium admittatur. Quibus de causis Tridentina Synodus *sess. 25 de Regul. cap. 16* edixit: *Finito tempore novitiatus Superiores novitios, quos habiles invenerint, ad profitendum admittant, aut e Monasterio eos ejiciant.* Poterit fortasse aliquando contingere ut aliquis expleto triennio votorum simplicium habilis ad vota solemnia emittenda inveniatur, sed ob rationabilem causam statim non possit vota solemnia nuncupare; hoc in casu, si de brevi dilatione agatur, videtur confugi posse ad illud effatum *parum pro nihilo habetur*; si vero longior mora requiratur, aditus Apostolicam Sedem patet, a qua prout in Domino expedire videbitur, provideri poterit.

Die igitur 16 Augusti 1866 in Congregatione propositum fuit dubium a P. D. Bonifacio Wimmer Abbate Praeside Cassinensium in America exhibitum, nempe: *Quod adhuc dubitatur, utrum in casu, quo sacerdos saecularis habitum petivit, et obtinuit, qui annum 25 longe transgressus est, huic* (emissa professione votorum simplicium) *professio solemnis* (nempe votorum solemnium) *differri possit supra consuetum triennium, si scilicet intra triennium* (votorum simplicium) *non sufficientia argumenta de sua vocatione dederit?*

Et Emi Patres rescripserunt: *Negative, nempe non posse differri*. (1).

(1) Declararunt tamen recurrendum esse ad S. C. in casibus particularibus, in quibus aliqua peculiaris causa concurrat.

XII.

Super declaratione encyclicae: Neminem latet.

Quamvis in Litteris Apostolicis diei 7 Februarii 1862 incipien. *Ad universalis Ecclesiae* clare, aperteque decretum sit nullam, et irritam prorsus esse professionem votorum solemnium, si non praemittatur professio votorum simplicium, et in ea per triennium quis non permanserit, tamen in Encyclica *Neminen latet* diei 19 Martii 1857 ne verbum quidem de nullitate legitur, nec illa decreto irritante munita reperitur.

Quare cum quidam Novitius post dictam Encyclicam, sed ante memoratas Litteras Apostolicas vota solemnia nuncupaverit non praemissa professione votorum simplicium, quaestio de validitate professionis votorum solemnium exorta est; quamvis actum illicitum fuisse nemo dubitaret. Ideoque in Congregatione diei 16 Augusti 1866 propositum fuit dubium: *Utrum dictus Religiosus professionem solemnem validam emiserit?*

Cui Emi Patres rescripserunt: *Affirmative* (1).

APPENDIX

Institutiones super receptione et educatione novitiorum in Monasteriis et Conventibus designatis vel designandis Clementis VIII iussu editae.

Cum ad regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasteriis propagandam, Novitiorum institutio maxime utilis sit ac necessaria, et nihil ad gravem illam, ac laudatissimam priscorum Patrum vivendi rationem relaxandam majorem vim habuisse compertum sit, quam vel nimiam in recipiendis Novitiis facilitatem supra numerum quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent; vel negligentiam in probando, et examinando eorum spiritu, an vere esset ex Deo, atque ex praecipuo desiderio illi

(1) Igitur ante Litteras Apostolicas *Ad universalis Ecclesiae* hujusmodi professiones erant dumtaxat illicitae; post vero dictas Litteras Apostolicas non solum illicitae, sed irritae et invalidae prorsus sunt.

inserviendi; vel denique incuriam in eis educandis atque instituendis: idcirco, ut hujusmodi incommodo deinceps occurratur, praecipitur omnibus, et singulis ad quos spectat, ut in recipiendis Novitiis, et in eorum institutione, atque educatione, nec non in Magistri, et aliorum Ministrorum electione, praeter alia, quae in sacris Canonibus, ac Decretis praesertim Concilii Tridentini, Pontificiis, et cujusque Ordinis, aut Instituti Constitutionibus continentur, tam in alias designatis, quam nunc, et imposterum ad hoc designandis Monasteriis, et Conventibus, haec, que sequuntur, inviolate observari, et exequi perpetuo curent.

Primum, quod attinet ad Novitiorum recipiendorum formam, ultra diligentem perquisitionem, quae habenda erit de uniuscujusque natalibus, corporis habitudine, moribus et vita anteacta, ac praecipue eorum qui sextumdecimum aetatis suae annum excedent, an criminosi, an aere alieno gravati, vel reddendae alicujus administrationis rationi obnoxii sint, juxta formam Constitutionis fel. record. Sixti V, et moderationum subsecutarum; illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulo perquirant, ut quibus in Monasteriis et Conventibus, ex Apostolica facultate Novitiatus fuerint instituti, in iis ad Religionem nullum imposterum admittant, qui et ex honestis parentibus natus non sit, et conditiones a sacris Canonibus, Summorumque Pontificum Constitutionibus praescriptas non habeat, juxta Decretum super forma recipiendi Novitios die 19 Maii 1602 editum.

Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regulari etiam Mendicantium, in ea sit aetate constitutus quam ejus Ordinis, in quo recipietur, regularia instituta, et ordinationes requirunt, eam vero litterarum scientiam calleat, aut illius addiscendae spem indubiam praeseferat, ut minores, et suis temporibus majores Ordines, juxta Decreta Sac. Concilii Tridentini suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimumquintum excedens ad habitum regularem admitti postulaverit, et talis eruditionis expers inventus fuerit, in Conversorum tantum, quibus litterarum scientia non est necessaria, numerum referatur: ipsi autem Conversi non recipiantur ante vigesimum aetatis suae annum, et nisi saltem praecipua Doctrinae capita noverint.

Demum superiores diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vitae genus elegerint, quem sibi finem proposuerint; num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitae, et ut Deo liberius famulari possint, an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi ducatur, et an eorum parentes ope, et subsidio ipsorum indigentes destituantur.

Provideant quoque, ut omnes etiam Conversi recipiendi, priusquam ad habitum regularem admittantur, ab iis, quibus munus hoc incumbit, de regula, quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque regulari et aliis cujusque Ordinis peculiaribus institutis, et constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quarumdem Religionum moris est, nedum Conversos ad professionem admittendos, verum et Oblatos, ut vocant, recipere, circa ipsorum Oblatorum receptionem unaquaeque Religio suas peculiares constitutiones, specialiaque instituta observare teneatur.

Statim atque Novitii ad habitum recepti, et in locum Novitiatus introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionem totius anteactae vitae conscientiam discutiant et expurgent.

Quod vero ad loci qualitatem uniuscujusque Novitiatus spectat, locus hujusmodi propria clausura ab ea parte Conventus, et Monasterii, in qua degunt, professi, segregatus sit, atque distinctus, habeatque tot ad dormiendum cellulas separatas quot erunt numero Novitii, vel dormitorium ita capax, ut pro singulis singuli lectuli commode sterni possint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magistro, ejusque socio reperiatur.

In eo etiam, praeter alias communes commoditates, aptus locus adsit ad spirituales collectiones, seu conferentias faciendas, ac lectiones, instructionesque Magistri audiendas, et in quem hyemis tempore ad calefaciendum se igne communi recipiant.

Oratorium insuper, seu Cappella, si com-

mode fieri poterit, ad Novitios in spiritualibus, praesertim in caeremoniis Ecclesiasticisque functionibus exercendos.

Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem bene conclusus, atque munitus adsit, sin minus, hortum ceteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediantur. Ipsis vero Novitiis ibi commorantibus, curabit Magister cum loci Superioris auctoritate (si opus fuerit) ne in eumdem quisquam alius ingrediatur.

Ad hujusmodi locum Novitiatus nemini ejusdem, vel alterius Ordinis Regulari, etiam Conventus et Monasterii Officiali, ullo unquam tempore sub quovis praetextu aditus pateat, praeterquam Magistro, ejusque socio, ac etiam Monasterii, aut Conventus Superiori, quandocumque ingrediendum sibi necessario existimaverit, quo casu tamen aliquem semper ex senioribus Conventus, vel Monasterii Patribus assumat.

Hujus loci clausurae claves apud Magistrum semper asserventur, illique soli liceat, cum gravi tantum causa, ingressum illuc alicui permittere: si quis autem Novitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro praesente, et non aliter alloquatur.

Novitiorum Magistro socius, si ad Novitiorum instruendam multitudinem necessarius fuerit, vita et moribus (quoad fieri poterit) consimilis deputetur, qui in his, quae ad Novitiatus regimen spectat, dicto Magistro immediate subjectus existat; eliganturque tam Magister, quam socius per Provinciale Capitulum, per triennium ad minus onus hujusmodi subituri. Quod si aliquo casu extra tempus capitulare nova loca Novitiatus concedi contingat, tunc electionem Magistri Novitiorum, et socii hujusmodi in his novis locis per Generalem, vel Provincialem, seu Ministrum, aut eorum Visitatores, seu Vicarios, de Definitorum tamen, vel graviorum aliorum Patrum consensu fieri permittatur: idemque servetur, si intra triennium alterum, vel utrumque urgenti aliqua de causa ex illis locis amoveri, vel mori contigerit, in cujus, vel quorum locum alii consimiles subrogari debeant.

Tam Novitiorum Magister, quam socius ab iis omnibus officiis, oneribusque vacationem habeant, quae Novitiorum curam et regimen impedire valeant. Ipse Magister sacerdotali Ordine sit initiatus, ac quinto saltem supra trigesimum aetatis suae anno constitutus, et per decennium a professione emissa in Religione perstiterit; Socius vero trigesimum annum excedat, sintque ambo doctrina, et quantum per superiorum diligentiam, et vires fieri poterit, vitae etiam anteactae exemplo praestantes, orationis praeterea, et mortificationis operibus addicti, prudentia, charitateque referti, non sine affabilitate graves, zelum Dei cum mansuetudine praeseferentes, ab omni cordis ac animi perturbatione, irae praesertim, et indignationis, quae in se, erga alios charitatem impedire consueverunt, quam longissime alieni, et tales demum, qui in omnibus seipsos bonorum operum exemplum praebeant, ut ii, qui eorum curae subsunt, illos non tam metuant, quam revereantur, nec illis unquam detrahere quidquam possint.

Habeat etiam Magister plenam et absolutam potestatem circa Novitiorum institutionem, ac Novitiatus regimen, ita ut in illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus majoribus, vel etiam localibus exceptis) quovis colore se ingerere liceat.

d) Per l'assoluzione o riduzione dei pesi deve intervenire l'autorità Apostolica, la quale fa sì che le anime dei pii benefattori nessun discapito abbiano a soffrirne, supplendosi le omissioni dal tesoro della Chiesa.

e) Quando poi veramente vi sia diminuzione di rendite e povertà nei beneficiati, la S.ª Sede suol condiscendere all'assoluzione dalle passate omissioni e ad un'equa riduzione di pesi per l'avvenire.

f) La mutata condizione delle cose e i rovesci subìti dall'asse ecclesiastico persuadono doversi procedere con indulgenza in questi casi. Il che si può raccogliere altresì da quanto fu stabilito nel Capo 4. della Sess. 25 del Tridentino, in cui per questi casi fu conceduta ogni facoltà ai Vescovi di assolvere o di ridurre: facoltà che poi fu loro tolta dalla bolla *Nuper* d'Innocenzo XII.

g) Nelle presenti circostanze fa d'uo-

po rivolgersi alla S. Sede, esponendo il numero de' pesi, la diminuzione delle rendite, la povertà dei beneficiati. Si affrettino a farlo quei Capitoli che non ancora abbiano sistemate con Pontificia sanzione le loro cose.

SULLA VIA CRUCIS

Atti della S. Sede

(Continuaz. e fine — V. p. 34 di q. P.).

V.

Indulgenze ed opere ingiunte.

Sommario — 1, Circa il moto locale nella *Via Crucis*—2. Norme per la rinnovazione o la rimozione delle croci, e per l'interruzione dell'esercizio—3. Se questo possa compiersi di notte—4. Sulla traslazione o separazione delle croci e se vi sieno preci da recitare presso ciascuna—5. Intorno al supplire con nuove tavole e nuove croci le antiche—6. Se queste, tolte per qualche tempo dalle pareti, han bisogno, nel ricollocarvisi, di nuova benedizione—7. ed 8. Se si perdano, in tal caso, le indulgenze—9. Se si ricerchi assolutamente il moto locale—10. Della sostituzione delle sole tavole, senza la croce—11. Se l'esercizio possa compiersi interpolatamente— 12. Se le indulg. della *Via Crucis* possano lucrarsi tutte più volte al giorno—13 e 14. Crocifisso benedetto colle indulg. della *Via Crucis* ad uso degl'infermi, dei naviganti, dei carcerati.

1.—I. An in peragendo Viae Crucis exercitio semper necessario requiratur localis motus de una statione ad aliam pro acquirendis indulgentiis concessis pium huiusmodi opus peragentibus? Et quatenus negative;

II. An et quaenam methodus sit praescribenda?

Resp. 23 iul. et 6 aug. 1757, n. 1757:—« Ad I Negative.—Ad II Ad mentem, quæ in eo versabatur ut E.mus Praefectus cum Secretario sequentem praescriberet methodum, ut nimirum pro publico exercitio Viæ Crucis, quando perturbatio excitari potest, observetur methodus a P. Leonardo a Portu Mauritio proposita, ut videlicet, unoquoque de populo suum locum tenente, sacerdos cum duobus clericis sive cantoribus circumeat ac sistens in qualibet statione, ibique recitans peculiares consuetas preces, ceteris alternatim respondentibus; pro privato autem tribuatur Episcopis facultas praescribendi tempus pro peragendo dicto exercitio opportunum — Sanctitas Sua S. C. votum benigne approbavit ». (Veggasi il n. 9).

2.—I. An in ecclesia, ubi canonice erecta est Via Crucis, si stationes et cruces renoventur, vel mutentur, cessent indulgentiae; ac proinde opus sit nova erectione seu approbatione?

II. An, ad tempus ablatis et remotis ab ecclesia stationibus et crucibus, indulgentiæ ab iis acquirantur, qui in dicta ecclesia, tamquam si stationes et cruces extarent, exercitium devote peragunt?

III. An si dictæ stationes et cruces remotæ, ut supra, apponantur in parietibus sacrarii seu oratorii sub diverso tecto, vel alterius ecclesiae, lucrentur indulgentias pium peragentibus exercitium ante easdem stationes in praedictis locis ad tempus repositas?

IV. An qui exercitium Viae Crucis peragunt, et illud ad modicum tempus interrumpunt, puta ad audiendum Sacrum, ad sumendam Eucharistiam, ad confessionem faciendam etc., indulgentias lucrentur si illud prosequantur, vel ad indulgentiæ acquisitionem oporteat in iis casibus illud ab initio reassumere?

Resp. 16 dec. 1760, n. 223:—« Ad I Negative juxta modum; et modus est, quod si renoventur et mutentur salva substantia, negative simpliciter, ut supra; si non salva substantia, negative pariter, sed in hoc casu novae cruces denuo benedicantur ad formam Constitutionum.

« Ad II Negative.

« Ad III Negative quoad diversas ecclesias; in reliquis recurrant in casibus particularibus.

« Ad IV Affirmative ad primam partem, dummodo notabiliter et moraliter exercitium non interrumpant; negative quoad secundam; et ideo non oportet in his casibus illud ab initio reassumere ».

3. Utrum indulgentiae Viae Crucis adnexae, uti ceterae, possint noctu obtineri, opera iniuncta adimplendo?

Resp. 1 mar. 1819, n. 245:—« Ipsas indulgentias aeque diei ac noctis tempore lucrifieri posse ».

4.—I. Multoties ad dealbandas parietes, ab iis disiunguntur simul vel successive quatuordecim Cruces vel imagines Viae Crucis, aliquando ex una ecclesia in aliam transferuntur vel in oratorium ; quaeritur an amittantur benedictio et indulgentiae?

II. Ad lucrandas indulgentias Viae Crucis in ecclesia vel oratorio erectae adnexas, requiriturne recitatio sex *Pater* et *Ave* post quatuordecim stationes?

Resp 20 iun. 1836, n. 257 :—« Ad I Non amittuntur benedictio et indulgentiae, si una vel altera tantum crux removeatur a pariete ecclesiae ad illam dealbandam; sed si simul omnes cruces removeantur, ut postea iterum ponantur in dicta ecclesia, fideles eo tempore lucrari nequeunt indulgentias, si in aliam ecclesiam vel oratorium translatae sint cruces sinè Apostolica facultate.

« Ad II. Negative ».

5.—I. Utrum indulgentiæ, quæ lucrantur in visitatione stationum Viae Crucis cessent, si quaedam tabulae vel cruces, non omnes, neque maior pars tollantur vetustatis causa, et in earum locum absque facultate Pontificia novae tabulae vel cruces substituantur? Et quatenus negative;

Utrum novae praefatae tabulae vel cruces gaudeant indulgentiis, quibus gaudebant veteres?

Resp. 13 nov. 1837, *in Cameracen*, n. 258 :—« Cum ad lucrifaciendas indulgentias quae pro stationum Viae Crucis visitatione conceduntur, minime requiratur tabularum erectio, sed crucium, proinde si ob vetustatis causam ipsae tabulae removeantur, ac in earum locum, etiam absque Pontificia facultate, novae tabulae substituantur, indulgentiarum concessio perseverat; imo etsi cruces ipsae quae solae necessario requiruntur, ob eamdem rationem, vetustate scilicet labentes, renovari debeant, dummodo earum non sit maior pars, nec nova erectione opus est, nec indulgentiarum beneficium amittitur ».

6. An de novo benedicendae sint cruces et imagines Viae Crucis ad tempus a parietibus disiunctae propter rationabilem causam?

Resp. 28 sept. 1838 ad 4., n. 264 :—« In casu, de quo agitur, cruces non sunt iterum benedicendae ; quoad imagines vero, numquam benedicuntur ».

7.—I. Utrum quando stationes Viae Crucis canonice erectae designantur per depictas imagines, indulgentiae dictae Viæ Crucis sint adnexae praedictis imaginibus, an vero loco ipsi, in quo collocantur?

II. Utrum quando praedictae imagines de loco primo amoventur, et in alio reponuntur, eo ipso cessent indulgentiae?

III. Utrum in praedicto casu indulgentiæ remanent affixae loco primo, an vero sequantur imagines?

IV. Utrum quando praedictae imagines primitus benedictae omnino pereunt, aut penitus tolluntur, sufficiat ipsarum loco substituere novas imagines cum simplici benedictione, sine nova erectione, an vero necessaria sit nova facultas erigendi?

Resp. 30 ian. 1839 ad 2, 3, 4 et 5, n. 270 :— Ad I « Negative quoad utramque partem; etenim indulgentiae crucibus tantum sunt adnexae, quae quidem solae sunt benedicendae, minime vero imaginibus ».

Ad II. « Affirmative, si sermo sit de crucibus, ut in praecedenti dictum est ».

Ad III. « Si stationes Viae Crucis per cruces erectae a loco removeantur, ubi canonice erectae fuerint, et in alium transferantur, indulgentiae nec primo loco affixae remanent, nec cruces sequuntur, sed nova canonica erectio requiritur ».

Ad IV. « Si cruces primitus benedictae omnino pereant, iterum canonica erectio necessaria est; si pereant ex minori parte, licet alias illis substituere absque ulla benedictione; si penitus tolluntur aliqua peculiari ratione, et ad tempus tantum, ut denuo eidem loco restituantur, nec erectione, nec benedictione opus est ad indulgentias lucrifaciendas ».

8.—I. An pereant indulgentiae, cum cruces, vel imagines quatuordecim stationum aut partim, aut integre, quacumque de causa, e loco suo amoveantur, etiam ad breve tempus?

II. An pereant, cum novae imagines, servatis crucibus, aut vice versa, novae cruces

servatis imaginibus, in locum aliarum pariter aut partim, aut integre sufficerentur?

III. An pereant indulgentiae, si cruces et imagines meliori modo disponantur?

Resp. 20 sept. 1839, n. 275: — « Ad I Indulgentiae Viae Crucis crucibus tantum sunt adnexæ, minime vero imaginibus, quæ necessariae non sunt. Hoc posito, si cruces, vel imagines quatuordecim stationum Viae Crucis, aut partim, aut integre e loco suo moveantur ad tempus, ut denuo eidem loco restituantur, indulgentiae non pereunt.

« Ad II Si cruces primitus benedictae omnino pereant, vel tollantur, iterum nova erectio et benedictio requiritur ad acquirendas indulgentias; si vero pereant, vel tollantur ex minori parte, licet alias illis substituere absque ulla nova erectione et benedictione; ideoque indulgentiae perseverant.

« Ad III Ob meliorem dispositionem cruium, indulgentiae non amittuntur » (1).

9. An Christifideles in magno populi concursu, maxime cum Ecclesia repleta et compressa sit devotis, possint sine corporis motu de loco in loco indulgentias Viae Crucis lucrari?

Resp. 26 febr. 1841, n. 287 :—« Negative absque speciali indulto. Singula enim Summorum Pontificum decreta affirmant, inter alias conditiones pro acquirendis Viae Crucis indulgentiis, necessario requiri aliquem corporis motum, ut clarius declaratum est ab hac Sacra Congregatione, nempe: *Che si passi da una stazione all' altra per quanto permette o la moltitudine delle persone che la visitano, o la ristrettezza del luogo dove sono erette* ».

10.—I. An indulgentiae subsistant, cum cruces a vetusta tabula ad novam transferuntur, loco affixionis ad parietem non immutato, ita ut superflua sit nova erectio Viae Crucis.

II. An subsisterent indulgentiae, si cruces cum tabulis in unum corpus non coalescerent, sed totaliter ab illis sejungerentur, ita ut nequidem tangerentur, cum vetustis tabulis et imaginibus novae substituuntur?

Resp. 15 nov. 1845, n. 332: — « Ad utrumque: Affirmative ».

11. An fideles lucrentur indulgentias Viæ Crucis, dummodo quatuordecim stationes visitent in uno eodemque die, etiam non uno tractu, sed interposito maiori minorive inter stationes temporis intervallo?

Resp. 14 dec. 1857 ad 1. n. 385:—« Negative — Sanctitas Sua resolutionem S. C. confirmavit ».

12. Utrum toties in die lucrari valeant indulgentiae exercitio Viae Crucis adnexæ, quoties illud iteratur?

Resp. 10 sept. 1883, n. 443 :—« Ex documentis non constat, indulgentias pro pio exercitio Viae Crucis concessas toties lucrari, quoties praefatum pium exercitium iteratur ».

13 *Urbis et Orbis.* Ut universi utriusque sexus Christifideles Passionis Domini Nostri Jesu Christi facilius memoriam agant, eodemque tempore omnes, et singulas indulgentias pio ac salutari Viae Crucis exercitio adnexas lucrari possint et valeant, delatae fuerunt preces Summo Pontifici Clementi XIV tenoris, ut infra: *Gl'infermi, i naviganti, i carcerati e quelli dimoranti nelle parti degl'infedeli, o legittimamente impossibilitati di poter visitare la S. Via Crucis, prostrati ai suoi Santissimi Piedi supplicano la Santità Vostra della consolazione di poter guadagnare le Indulgenze delle dette Stazioni ritrovandosi negli stati delle sudette tribolazioni, col recitare 14* Pater *ed* Ave, *ed in fine 5 altri* Pater *ed* Ave *in memoria*

---

(1) Questo stesso fu definito con quest'altra dichiarazione. Il Curato della parrocch. di *Saint-Ouen* in Dioc. di Rouen (Francia) richiese alla S. C. « potestatem permutandi quoad locum Viae Crucis stationes in propria ecclesia existentes, eisque substituendi alias stationes seu tabulas absque ulla peculiari caeremonia, ita tamen, ut hae postremæ iisdem fruantur indulgentiis » — E la S. C. il dì 20 agosto 1844 *in Rothomagen*, n. 328, rispose: — « Ex pluribus huius S. C. decretis colligitur, minime necessariam esse facultatem commutandi stationes, seu cruces quoad locum, dummodo agatur de eadem ecclesia, minimeque facultate indigere substituendi stationes, dummodo tamen cruces tabulis superpositae *omnes* vel *in majori numero* perseverent; secus vero nova erectio novaque benedictio omnino requiritur, impetrata tamen ab Apostolica Sede potestate „.

della divina Passione, col tenere in mano un Crocifissetto di ottone, benedetto però da qualche Guardiano, o Superiore maggiore soggetto al Padre Reverendissimo Generale di tutto l'Ordine in Aracoeli. Che della grazia ecc. Quas quidem preces idem Su mmusPontifex clementissime excepit ac in Audientia diei 26 Januarii 1773 *benigne annuit pro gratia juxta petita. Contrariis non obstantibus etc.*

Jam vero circa hanc concessionem duo exorta sunt dubia; primum scilicet: *an quatuordecim tantum* Pater, *et* Ave, *et iterum quinque* Pater, *et* Ave, *ut supra expositum est recitanda sint, vel juxta formam Rescriptorum Sacræ hujus Congregationis corde saltem contrito, ac devote* viginti Pater, Ave et Gloria, *unum nempe pro qualibet statione, quinque in sanctorum Domini Nostri Jesu Christi vulnerum memoriam, ac unum juxta mentem Sanctitatis Suae recitari debeant;* alterum vero: *an per verbum* ottone *exclusa reputanda sit quaecumque alia materia, ex qua crucifixi conficiantur.*

Facta itaque de praefatis dubiis SSmo D. N. Pio PP. IX per me infrascriptum Sacrae Congregationis Indulgentiarum Secretarium relatione in Audientia diei 8 Augusti 1859, Sactitas Sua benigne respondit quoad 1m: *Servandam esse ejusdem Sac. Congregationis consuetudinem;* et quoad 2m declaravit: *per verbum* ottone *intelligendam esse exclusam materiam fragilem dumtaxat.*

Haec autem omnia Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita typis edi jussit, ut utriusque sexus Christifideles, qui a visitandis sacrae Viae Crucis stationibus legitime impediti, istiusmodi crucifixis, facultate a Summis Pontificibus tributa benedictis, utentur, noverint praesens decretum ab omnibus esse servandum, non obstantibus in contrarium quibuscumque.

Datum Romae die 16 Septembris 1859.

F. *Card.* Asquinius *Praef.*

A. Colombo *Secret.*

14. Beatissime Pater! Fr. Bernardinus a Portu Romatino, Minister Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci, ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, humiliter exponit, saepe saepius fideles, qui exercitium S. Viae Crucis peragere legitimo impedimento prohibentur, etiam impediri, quominus indulgentias Viae Crucis exercitio adnexas lucrifaciant adhibendo crucifixum ad hunc effectum benedictum (1), eo quod hujusmodi crucifixum non possident, sicuti accidit in familiis pauperum, in hospitalibus, aliisque hujus generis locis piis.

Hinc, ut devotio erga Passionem D. N. J. Ch. magis magisque augeatur, neve fideles, imprimis animae in purgatorio detentae, ob expositum crucifixi defectum a participatione praedictarum indulgentiarum arceantur, Orator enixis precibus supplicat, ut Sanctitas Tua ad crucifixos Viae Crucis vulgo nuncupatos benigne extendere dignetur Indultum a s. m. Pio PP. IX. in ordine ad rosarium sub die 22 Jan. 1858 (*Decr. auth. n. 384*) concessum, ita ut omnes utriusque sexus Christifideles praescripta viginti *Pater, Ave* et *Gloria* in communi recitantes lucrari valeant indulgentias Viae

(1) In Decr. auth. n. 387 insertum est Rescriptum d. d. 26 Januarii 1773, a quo primum ejusmodi crucifixorum usus originem duxit. — Litteris porro Apostolicis d. d. 18 Decembris 1877 Pius PP. IX. s. m. Reverendissimo Patri Fr. Bernardino a Portu Romatino, praesenti Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum de Observantia sequens Indultum concessit: „ Tibi, dilecte fili ut, donec Ministri Generalis tui Ordinis munus exerceas, Christifidelibus utriusque sexus, qui gravi morbo ita afficiuntur, ut praefata pietatis opera *(i. e. sacrarum Stationum visitationem aut vicies repetitam Orationis Dominicae, Salutationis Angelicae et laudis Gloria Patri recitationem)* ad consequendas indulgentias Viae Crucis nuncupatas praestare nequeant, haec eadem opera in brevem aliquam precationem ante imaginem SSmi D. N. crucifixi ad id benedictam recitandam tuo arbitrio et prudentia commutare libere ac licito possis et valeas, auctoritate Nostra Apostolica tenore praesentium concedimus et impertimus..." — Reverendissimus P. Minister Generalis ista facultate utens iis, qui gravi morbo ita afficiuntur, ut recitandis 20 *Pater, Ave* et *Gloria* impares sint, indulsit, ut eorum loco semel recitent actum contritionis, vel invocationem: *Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti.* (Cf. Acta Ordinis Minorum, Septemb. 1882, p. 132.)

Crucis exercitio adnexas, licet manu non teneant crucifixum benedictum, ac sufficiat, ut una tantum persona, quaecumque ea sit ex communitate, illum manu teneat, ceterique omnes, ceteris curis semotis, se componant, pro oratione facienda una cum persona, quae tenet crucifixum. Quamgratiam etc. — SSmus D. N. Leo PP. XIII. in Audientia habita die 19 Januarii 1884 ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae benigne annuit pro gratia juxta petita ad tramitem Indulti jam concessi pro recitatione SS. Rosarii, ut nimirum Christifideles, de quibus in precibus, ita se componant pro pio exercitio Viae Crucis peragendo una cum persona, quae tenet crucifixum, ut Viae Crucis indulgentias lucrari queant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 19 Januarii 1884.

Al. *Card.* Oreglia a S. Stephano, *Praef*
Franciscus Della Volpe, *Secret.*

SUI MATRIMONII DI COSCIENZA

I matrimonii secreti, o così detti di coscienza, non secondo le leggi della Chiesa, vogliono celebrarsi in casi rarissimi e con tutte quelle condizioni che ne allontanino i gravi pericoli. Per norma delle' Revv. Parroci crediamo opportuno mettere loro sott'occhi la Costit. *Satis Vobis* di Benedetto XIV che tratta appunto di tali matrimoni, e ne prescrive le norme.

Venerabil. fratribus Patriarchis, Primatibus Archiepiscopis et Episcopis

BENEDICTUS PAPA XIV

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam benedictionem.

Satis Vobis compertum esse non dubitamus, *Venerabiles Fratres*, eam semper fuisse piae Matris Ecclesiae vigilem curam, ut Sacramentum matrimonii, *Magnum* ab Apostolo nuncupatum, publice, et palam a Fidelibus celebretur. Quod quidem, ut diligentius, quam antea factum fuerat, imposterum ab omnibus observaretur, Sancta Tridentina Synodus, Lateranensis Concilii sub Innocentio III celebrati vestigiis inhærendo, praecepit, ut imposterum, antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnia publice denuntietur; deindeque, nullo legitimo concurrente impedimento, ad illius celebrationem in facie Ecclesiae, coram parocho, vel alio sacerdote, de ipsius parochi, seu Ordinarii licentia, et duobus, vel tribus testibus praesentibus, rite procedatur. Voluit etiam eadem Sancta Synodus, apud parochum diligenter librum custodiri, in quo conjugum, et testium nomina, diesque, et locus matrimonii describantur.

§. 1. Providae tamen hujusmodi leges, tanta auctoritate saluberrime institutae, prava horum temporum conditione sensim prolabi visae sunt, et enerves propemodum reddi, ob matrimonia usu nimis recepta, quæ occulte adeo celebrantur, ut illorum notitia, quantum fieri potest, obliteretur, et in tenebris ignorantiae perpetuo jaceat consepulta. In more etenim positum est, illa celebrari nullis praeviis factis denunciationibus, coram solo parocho, vel alio sacerdote de ejus licentia adhibita praesentia tantum duorum testium appositi a contrahentibus advocatorum, quorum fides nemini illorum est suspecta; remque peragi saepe extra Ecclesiam, quandoque etiam intra illam, januis tamen occlusis, vel eo temporis momento, quo semota alterius cujusvis praesentia, scientia initi matrimonii, praeter parochi, contrahentium, testiumque personas, alios penitus effugiat.

§. 2. Quantum a Sacramenti dignitate, et ab ecclesiasticarum legum praescripto occulta haec matrimonia, *Conscientiæ* vulgo nuncupata, ut plurimum abhorreant, satis superque conjicere quis poterit, qui mentis aciem ad exitiosos illorum effectus convertat. Hinc enim gravia ortum habent peccata, praesertim vero eorum, qui Divini Judicii interminatione posthabita, priore uxore, cum qua clam contraxerunt, relicta

cum alia spe futuri matrimonii decepta, et in turpem secum vivendi licentiam abducta, palam contrahere promittunt. Quorumdam vero mentem ita pravae cupiditates excoecant, ut novum contrahere secretum matrimonium audeant, post alterum secreto itidem contractum, et nondum prioris conjugis morte solutum, seseque magno scelere polygamos reddant. Alii etiam eo impudentiae devenere, ut in hujus magni Sacramenti contemptum, post primas secreto initas, alteras aut publice, aut privatim nuptias contrahendo, sese audacius polygamia pariter innodare non perhorrescant. Age vero quam gravia, quam nullo pacto ferenda ex his matrimoniis mala oriantur. Si enim ad quamcumque matrimonii suspicionem submovendam, virum seorsim a muliere vivere contingat, sublata est illico individua vitae consuetudo, et contemptum est verbum Domini. *Adhaerebit homo uxori suæ, et erunt duo in carne una:* Sin haec vitae consuetudo servetur, nemo est, qui illam criminis non arguat et utpote detestabilem, in scandali materiam non traducat. Neque illata per scandalum dispendia rependit subsecuta celebratio occulti matrimonii, quod in tenebris delitescit, et ab omnibus ignoratur.

§. 3. Leviora quoque damna non sunt quae susceptae proli irrogantur. Saepe enim contingit, illam a parentibus, et a matre praesentim amotam, nec pie, nec liberaliter institui; sed incertis fortunae casibus objectam relinqui, nisi etiam parentes ipsi, contra naturae leges, ausu nefario illius vitae insidientur. Ubi vero immanes facinus parentes deterreat, illosque ad sobolem alendam, instituendamque humanitas ipsa compellat; alia imminet liberis susceptis ex occulto matrimonio lugenda avitarum facultatum, et bonorum jactura, pro quorum possessione assequenda quamvis clament jura sanguinis, illis tamen careant necesse est, propter occulta parentum matrimonia, et ademptam legitimitatis, et filiationis probationem.

§. 4. Huic etiam malorum origini sunt referenda ipsa quoque secreta matrimonia contracta a filiisfamilias contra patris juste dissentientis voluntatem: ex quibus quar gravia incommoda exoriri soleant, nem nem latet. Quid plura? Adeo invaluit ma litia, ut quandoque in Minoribus Ordinibu constituti pensiones, et beneficia, ad div num cultum, et ecclesiastica munia inst tuta, etiam post initum clam matrimoniu retinuerint, sibique de mammona iniquit tis loculos miserrime comparaverint.

§. 5. Deflenda haec igitur potius uberibu lacrymis, quam latiore calamo explicand malorum congeries, cum ex hac Apostol cae Sedis specula omnes sibi vindicet n strae vigilantiae curas; temperare non po sumus, quin Vos ipsos, Venerabiles Fratre in partem nostrae solicitudinis evocante vestram pietatem, et zelum excitemus a custodiendas vigilias noctis super grege V bis credito, quem luctuosa horum temporu conditio in discrimen adducit. Primum taque periculi non infrequens occasio V reddat difficiliores ad remittendum Pub cationes, a quibus contracturi matrimoniu saepe per malitiosam suggestionem petu dispensari. Quam caute, solerterque opo teat ea in re Episcopos versari, non o scura Vobis a Concilio Tridentino exhibe tur argumenta. Si enim (ait eadem Sanc Synodus) probabilis fuerit suspicio, mat monia malitiose impediri posse, si praece serint Denunciationes; tunc vel una tantu Denunciatio fiat; vel saltem parocho, duobus Testibus praesentibus, matrimoniu celebretur, et deinde ante illius consu mationem Denunciationes in Ecclesia fia ut si aliqua subsunt impedimenta facili detegantur. Praeterea licet Episcopo re ctum sit omnimode super Denunciationib dispensare, haec tamen facilitas, non a la dispensantis voluntate pendet, sed a T dentino coercetur arctis prudentiae, disc tique arbitrii legibus; quod idem est ac gitimam causam dispensationis requirer

§. 6. Parum quoque, imo fortasse ma rem vigilantiam necesse est a Vobis ad beri, ne, post remissas Denunciationes, lebretur matrimonium coram parocho, alio sacerdote ab ipso parocho, vel a V bis deputato, praesentibus duobus, vel bus testibus confidentibus, ne ulla celeb

ãonis notitia, vel rumor oriantur. Id enim, ut ad praescriptum Sacrorum Canonum liceite fieri possit, non satis est obvia quaeque is, et vulgaris causa, sed gravis, urgens, et urgentissima requiritur. A sacro Nostræ Poenitentiariae Tribunali, eo potissimum casu fit potestas ita celebrandi matrimonium, quo vir, et foemina in figura matrimonii publice degentes, et de quibus nulla viget criminis suspicio, in occulto tamen concubinatu perseverent. Facile enim quisque conjiciet, quam absonum esset, eos, e statu damnationis per gratiam Sacramenti evocandos, ad publice contrahendum matrimonium praeviis Denunciationibus compelli. Hanc vero praxim Vobis duximus proponendam, non quia dispensatio praemisso casui solum congruat, cum alii similes, qui fortasse urgentiores esse possint, in quibus dispensari expediat; sed quia Vestri pastoralis officii partes versari debent in sedulo investiganda legitima, et urgenti causa dispensationis, ne matrimonia occulte celebrata luctuosos habeant exitus, quos intimo cordis moerore recensuimus.

§. 7. Hunc porro in scopum Vos hortamur, et impense admonemus, ut personarum matrimonium secreto contrahere petentium diligens fiat a Vobis inquisitio: an scilicet ejus qualitatis, gradus, et conditionis sint, quae id probe exposcant; an sint sui, vel alieni juris; an Filii familias quorum nuptiae patri juste dissentienti sint invisae: tab Episcopali etenim, quod geritis, munere minimum esset alienum, facilem praeberi filio inobedientiae occasionem; an res sit de personis ecclesiasticis, licet in Minoribus Ordinibus constitutis, pensiones, et beneficia ecclesiastica obtinentibus, ut detestabilis illorum retentio in statu uxorato, congruis remediis postea compescatur. Potissimum vero curet Vestra solicitudo, antequam secreti matrimonii licentia concedatur quod contraentes clara, et indubia, et a quavis fraude immunia exhibeant documenta status liberi ad avertendum ab iis, qui improbi sint ingenii, polygamiae periculum.

§. 8. Quod attinet ad Ministrum secreti matrimonii, volumus ad id munus deputari parochum alterius ex contrahentibus, quem notitia personarum, experientia, et diuturnus rerum usus, quovis Sacerdote extraneo peritiorem effecisse praesumuntur. Si quae tamen Vobis occurrant circumstantiae, quae alium Sacerdotem loco parochi exposcere videantur, gravi impellente causa, is Sacerdos a Vobis eligatur, qui probitate, et doctrina, et obeundi muneris peritia commendetur.

§. 9. Uni tamen, aut alteri Sacramenti ministro a Vobis deputando districte praecipiatur, ne matrimonio intersit, nisi prius paterna charitate conjuges in Domino monuerit, sobolem procreandam regenerari quamprimum oportere sacro Baptismatis lavacro; ac Christo Judici districtam reddituros esse rationem, nisi filios ut legitimos agnoverint, eosque pietate, bonisque moribus imbuerint, et frui patientur bonis temporalibus, a majoribus in supremis tabulis relictis, vel provida legum auctoritate delatis.

§. 10. Celebrato autem matrimonio, indilate a Parocho, vel alio sacerdote, coram quo initum est exhibeatur Episcopo illius scriptum documentum, cum nota loci, et temporis, testiumque, qui celebrationi interfuerunt. Vestrum erit postea diligenter incumbere, quod ad perennem gestae rei memoriam, praefatum documentum fideliter transcribatur in libro prorsus distincto ab altero, in quo matrimonia publice contracta de more adnotantur. Hujusmodi liber pro matrimoniis secretis apposite compactus, clausus, et sigillis obsignatus, in vestra episcopali cancellaria caute erit custodiendus; et eo tantum casu resignari, et aperiri vestra accedente licentia patiemini, quo alia id genus matrimonia describi oporteat, vel id sibi vindicet justitiae administrandae necessitas, vel demum aliquod documentum ab eo exposcant verum interesse habentes, quibus probationum aliunde petendarum non suppetit copia: sedulo tamen animadvertentes, quod, re absoluta, denuo claudatur, et sigillis, ut antea, obsignetur Fides, seu attestationes clam celebrati matrimonii a parocho, vel sacerdote, qui vices parochi gessit, exarandae, Vobisque exhibendae, transcribantur in dicto libro, prout jacent, de verbo ad verbum, a persona a Vobis deputan-

da, quae apud omnes integritatis, probatique nominis luculentum habeat testimonium. Fides vero, et attestationes ipsae in secretiori loco, sartae, tectaeque a Vobis serventur.

§ 11. Quod si ex occulto hujusmodi matrimonio prolem nasci contingat, eadem mundetur salutari aqua Baptismi in Ecclesia, in qua aliis infantibus hoc Sacramentum indistincte confertur. Et quia ad operiendum clam initum Matrimonium, facile est in libro Baptizatorum nullam fieri mentionem parentum, et eorum nomina consulto reticeri, volumus, ac expresse mandamus, quod a patre Baptizati, eoque defuncto, ab illius matre, suscepta proles vobis denuncietur; dictaque denunciatio fiat, vel immediate per parentes ipsos, vel per literas eorum charactere exaratas, vel per fide dignam personam ab ipsis parentibus designatam, ut certo, et clare Vobis constet, quod proles, tali loco, et tempore, vel reticitis, vel falso expressis nominibus parentum, baptizata, est legitima, licet occulti matrimonii foedere procreata. Quae sane omnia cum Vobis innotuerint, ne illorum excidat memoria, in libro fideliter describentur ab eo, cui facta a Vobis est potestas adnotandi Matrimonia occulte celebrata. Liber, in quem Baptizatorum, ac utriusque parentis nomina referentur, quamvis distingui debeat ab altero Matrimoniorum; eadem tamen diligentia, iisdemque cautelis in Cancellaria Episcopali clausus, et sigillis obsignatus, erit custodiendus, prout Librum Matrimoniorum caute custodiri supra mandavimus.

§ 12. Quia vero nonnulli deesse non possunt, qui propriae conscientiae vocibus obsurdescant, et nostris hisce mandatis parere negligant; debita poenarum districtione pro modo culpae a Vobis puniantur. Quinimmo cum satis Nobis experientia compertum sit, in hujusmodi negotiis homines, in terram oculos declinantes, ob humanos respectus tardiores effici, et a recte agendi semita revocari, mandamus idcirco, matrimonia occulta a Vobis evulgari, et nota fieri, si certo Vobis constiterit, ex aliquo matrimonio occulto procreatam fuisse sobolem, et baptizatam suppressis parentum nominibus nulla praestita Vobis notitia, ut par erat, ab illius parentibus, intra triginta dies a nativitate numerandos.

§ 13. Ne autem contumaces, et inobedientes, violatae fidei, proditique secreti Pastores suos insimulent; sedulo a Vobis curandum est, ut a parocho, vel alio sacerdote pro secreta celebratione matrimonii a Vobis deputando, conjuges clare, et aperte moneantur, ea lege, et pacto illis permitti secreti matrimonii celebrationem, ut soboles inde procreanda non solum regeneretur sacro Baptismate, sed post Baptisma denuncietur Episcopo cum nota loci, et temporis administrati Sacramenti, ac sincera indicatione parentum, a quibus ortum habuit, quemadmodum supra praemissum est; alioquin matrimonium, licet contractum data per Episcopum secreti fide, in lucem proferetur, in gratiam filiorum, et ad propulsandam ab illis gravem, nulloque pacto ferendam jacturam.

§ 14. Volumus denique, ac mandamus fides, seu attestationes matrimonii clam initi, et sobolis ex eo procreatae, excerptas ex dictis Libris, modo, quo dictum est, apud Vos caute custodiendis, tantam promereri fidem, quantam sibi alii libri parochiales Baptismatis, et Matrimonii vindicare consueverunt.

§. 15. Haec a Vobis Venerabiles Fratres in hac temporum calamitate observari enixe praecipimus, ad comunem animarum salutem et ad praesidium ecclesiasticae disciplinae, propter invalescentem hominum malitiam nova semper detrimenta vel patientis vel reformantis. Caeterum nostris hisce literis sublata nolumus ea validiora remedia quae huic malo in diem ingruenti consonia dignoscet prudentia vestra, ad Pastoralę officium cumulate obeundum. Vobis interea paternae charitatis, et benevolentiae testem Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam majorem die 27 Novembris 1741 Pontificatu Nostri Anno II.

—

Da siffatta interessante Costituzione vuolsi raccogliere:

a) Che la dispensa dalla triplice denunzia prescritta dal tridentino nei matrimoni

non deve concedersi, se non per cause legittime; e assai più difficilmente quando vi sia sospetto di frode. Laddove si prevegga che, fatte le denunzie, il matrimonio maliziosamente possa impedirsi, in tal caso o si farà una sola denunzia, o le denunzie avranno luogo dopo la celebrazione del matrimonio e prima che questo sia consumato.

b) Che se, oltre la dispensa dalle denunzie, si chiegga la celebrazione del matrimonio innanzi al parroco e due o tre testimoni confidenti, coll'obbligo del secreto, ciò non si permetta se non per una causa non solo grave, ma urgente ed urgentissima, come sarebbe quella di un uomo e di una donna che vivessero in concubinato, ma che dal pubblico fossero riputati coniugi legittimi.

c) In tal caso, prima di concedersi la chiesta licenza, si esamini attentamente la qualità, il grado, e le condizioni degli sposi, se sono padroni di sè, o soggetti ad altri, massime se figli di famiglia, pei quali vuolsi badare sopratutto al debito rispetto e alla docilità verso i genitori. Se trattasi di chierici con pensione, si vegga se il matrimonio secreto si chiegga per non perdere i temporali emolumenti, il che non devesi mai permettere. Gli sposi poi dovranno esibire indubbii ed irrefragabili documenti del loro stato libero.

d) Il ministro di siffatto matrimonio sia il parroco proprio di uno degli sposi, il quale si presume più perito e più idoneo di qualsivoglia altro sacerdote. Laddove gravi ragioni persuadano il contrario, si deputi quel soggetto che sia più commendevole per dottrina e per probità.

e) Tal ministro non dovrà benedire il matrimonio prima di aver ammonito con paterna carità gli sposi, di battezzar subito la prole che riceveranno, di riconoscerla come legittima, col diritto di ereditare i beni paterni, e di educarla alla pietà ed ai buoni costumi.

f) Celebrato il matrimonio, dovrà subito formarsene un attestato verbale dal sacerdote che lo benedisse, colla indicazione del luogo, del tempo e dei testimonii adibiti. Questo attestato dovrà presentarsi al Vescovo, il quale lo annoterà, trascrivendolo interamente, in un libro distinto dagli altri e da conservarsi chiuso e sigillato, che non si aprirà mai se non col permesso del Vescovo, quando si tratti di segnarvi qualche altro matrimonio simigliante, o quando sia necessario qualche attestato del celebrato matrimonio. Subito dopo, il libro dovrà di nuovo chiudersi coi sigilli.—L'attestato verbale del sacerdote si custodisca nell'archivio secreto.

g) Quando poi si avrà prole, questa dovrà subito essere battezzata; e allora il padre e, lui defunto, la madre avrà l'obbligo di denunziarla o per lettere o per mezzo di persone fede degne al Vescovo, il quale farà notare il battesimo in un altro libro, pure separato e chiuso come il precedente, indicandosi i veri nomi del figlio e dei genitori, e il modo con cui si è scritto ne' libri comuni.

h) Ove avvenga che il padre o la madre non mandino al Vescovo siffatta notizia, ma facciano pubblicamente battezzare i figliuoli sotto finti nomi di genitori, il Vescovo dovrà in pena pubblicare il matrimonio già celebrato. E perchè ciò si sappia innanzi tempo dai genitori, dovranno questi esserne avvertiti dal sacerdote prima di benedire il loro matrimonio.

i) Gli attestati estratti da questi libri secreti di matrimonii e di battesimi, hanno il valore medesimo di quelli estratti dagli altri libri parrocchiali.

Sono queste le norme da osservarsi nei matrimonii secreti o di coscienza, sui quali si dovrà dipendere unicamente e sempre dal Vescovo.

SULLO STATO DEI REGOLARI

Decreti e Dichiarazioni

§. III.

Sulla Professione de' Voti semplici da premettersi alla solenne.

(Continuaz. e fine—V. pag. 59-66 di q. P.)

Per esaurire la materia, di che abbiamo nei precedenti fascicoli trattato, giova aggiungere due altre posteriori dichiarazioni della S. C. sullo stato dei Regolari.

I.

Abbas Ordinis N. Americae Septemtrionalis regionis sequentia dubia S. C. super Statu Regularium exposuit:

« I Haud dubitatur, utrum in casu, quo Sacerdos saecularis habitum petivit et obtinuit, qui annum 25 longe transgressus sit, *huic professio solemnis differri possit supra consuetum triennium*, si scilicet intra triennium non sufficientia argumenta de sua vocatione dederit.

« II Et si post unum alterumve annum adhuc tum dubius vel suspectus existat (v. gr. an ebrietatis vitio laboret), utrum deinde statim dimittendus sit, vel *cum votis simplicibus* retineri possit in Ordine, ut timor expulsionis eum cautiorem reddat; et ne in saeculo penitus labatur et pereat; et quia si bene se gerat, Monasterio v. gr. eruditione sua valde utilis esse potest ».

S. Congregatio super statu Regularium in comitiis habitis die 19 augusti 1866 re discussa censuit respondendum:

« Ad I *Negative*

« Ad II *Recurrendum in singulis casibus.* »

II.

Quamvis iam editum esset Decretum *Neminem latet* diei 19 martii 1857 quo, expleto probationis tempore, vota simplicia professioni solenni praemittenda praescribuntur; nihilominus Titius, anno novitiatus expleto, et decimo sexto aetatis suae, anno 1861, omissa professione votorum simplicium (sive propter ignorantiam praefati Decreti, quod nonnisi mediante Gubernio Russico transmitti poterat, sive propter periculum ipsum observandi absque praevia licentia eiusdem Gubernii) solemnem professionem emisit.

Litteris Apostolicis deinde emanatis quæ incipiunt *Ad universalis*, diei 7 februarii 1862, quibus statuitur professionem solemnem irritam esse nisi simplicia vota praemittantur iuxta dictum Decretum; dubium ortum est super validitate emissae a Titio professionis, quare supplicatum est SS.mo:

« I Utrum (Titius) professionem solemnem valide emiserit. Et quatenus negative;

« II Utrum saltem vim votorum simplicium (eadem professio) habuerit, vel e contra omnino irrita sit, ita ut ipsi liceat ad saecularia vota convolare ».

S. Congregatio super statu Regularium, re discussa in consessu diei 16 augusti 1866 respondere censuit:

« Ad I. *Affirmative.*

« Ad II. *Provisum in primo* ».

DELLA COMPOSIZIONE

Sull' acquisto de' beni ecclesiastici e de' luoghi pii.

Sommario—I. Ragione del trattare sulla composizione—II. Censura che si coglie coll'acquisto dei beni di Chiesa—III. Condizione per acquistarli in buona regola di coscienza, quando non se ne ottenga la composizione — IV. Condizioni per mettersi in buona regola di coscienza quando si siano acquistati senza venia Apostolica—V. Differenza fra chi acquista in buona fede col permesso della S. Penitenzieriâ e chi in mala fede, senza questo permesso — VI. Adempimento dei pesi imposto al compratore — VII. Che cosa sia la Composizione e come debba farsi—VIII. Vantaggi della composizione.—IX. A chi spetti l'obbligo dei pesi dopo ottenuta la composizione.

I. Facemmo menzione più volte di questo mezzo opportunissimo per provvedere alla tranquillità di coscienza di quanti hanno acquistati fondi di Chiese o di luoghi pii. Quei nostri articoletti furono avidamente ricercati ed in molte Diocesi fruttarono innumerevoli composizioni con grande utile dei privati acquirenti non meno che degli enti morali, cui si appartenevano i fondi.

Non ostante la pubblicità dei detti articoli, pur vi ha luoghi, dove non ancor si conosce siffatto mezzo, e spesso giungono richieste alla nostra Direzione su questo argomento, e stimoli perchè ne discorriamo di nuovo in benefizio di quanti per anco lo ignorano.

Volendo appagare siffatte brame, siamo venuti nella determinazione di trattarne qui di nuovo, non ripetendo solo le cose già dette, ma aggiungendovi chiarimenti e considerazioni che ne facilitano la pratica, e dichiarazioni più recenti della S. Sede che offrono su tal materia norme ancor più precise.

II. Non accade ricordare che quante vol-

te si acquista un fondo di Chiesa o di luogo pio s'incorre la scomunica riservata alla S. Sede, inflitta dal Tridentino (*Sess. 22 Cap. 11 de ref.*); la qual censura si coglie quand'anche non dalle mani del Governo, che primo incamerò quei beni, ma da qualsivoglia persona si faccia tale acquisto. Il Tridentino infatti colpisce di scomunica generalmente, riservata al Rom. Pontefice, qualsivoglia persona presuma quei beni *in proprios usus convertere* ovvero ad essa *quomodocumque, etiam ex donatione suppositae personae, pervenerint.* E la S. C. del S. Officio, interrogata: « An qui emunt ecclesiastica bona ab usurpatoribus usurpata incidant in excommunicationem Romano Pontifici simpliciter reservatam, vi capitis XI de Reformatione Sess. XXII a Concilio Tridentino editam »—il dì 8 luglio 1874 rispose: « Minime dubitandum, quin ementes bona ecclesiastica ab usurpatoribus usurpata incidant in excommunicationem Romano Pontifici reservatam; etenim praescindendo an supradicta emptio aliquo modo attingatur a Costit. Apostolicae Sedis Art. XI, nulli dubium esse potest quin comprehendatur a clarissima dispositione Cap. XI de Reform. Sess. XXII Concilii Tridentini ».

Ciò che si è detto dell'acquisto de' fondi ecclesiastici e de' luoghi pii, dicesi pure dell'affrancazione dei censi e dell'enfiteusi spettanti ad essi; correndo la stessa ragione e la sanzione medesima. Imperocchè nel predetto capo del Tridentino si punisce di censura chi a se appropria della Chiesa non solo i fondi, ma sì ancora *census ac iura, etiam feudalia et emphyteutica.*

III. Chi voglia acquistare dal demanio qualche fondo ecclesiastico senza richiederne la proprietà dalla Chiesa, ha bisogno della venia Pontificia, la quale non si dà per ordinario se non la e seguenti condizioni, che devono sottoscriversi dall'acquirente e consegnarsi nelle mani del Vescovo:

« 1. Retinendi eadem bona ad nutum Ecclesiae, eiusque mandatis subinde parendi.

« 2. Conservandi eadem bona, ac in eis rem utilem gerendi.

« 3. Satisfaciendi piis oneribus, si quae dictis bonis adnexa sint; et erogandi reditus eorumque bonorum qui, facta proportione, excedant solutum pretium, vel in favorem personarum aut locorum piorum ad quae dicta bona de iure pertinent, vel in satisfactionem pretii in emptione soluti, quatenus emptor illud repetere velit, prout Ordinarius iudicaverit.

« 4. Solvendi pretium emptionis annuis ratis ad normam legis civilis.

« 5. Certiorandi haeredes et successores de huiusmodi obligationibus, per syngraphamsubscriptam, seu coram testibus subsignatam, ad hoc, ut et ipsi sciant ad quid teneantur.

IV. Chi abbia acquistato già dal demanio, in mala fede beni ecclesiastici, se vuol subito mettersi in buona regola di coscienza, deve ottenerne l'assoluzione dal Romano Pontefice (a questa sono per ordinario autorizzati i Vescovi, con facoltà di suddelegare), la quale non si concede, se non si sottoscrive una dichiarazione da conservarsi presso l'Ordinario con le seguenti condizioni:

« 1 Retinendi eadem bona ad nutum Ecclesiae, eiusque mandatis subinde parendi.

« 2. Conservandi ipsa bona, et rem utilem in eis gerendi.

« 3. Adimplendi pia onera iisdem bonis adnexa, quae ab aliis non adimpleantur.

« 4. Subveniendi ex fructibus ipsorum bonorum personis seu locis piis, ad quae de iure pertinent.

« 5. Monendi haeredes et successores per syngraphamut supra de huiusmodi obligationibus, ut et ipsi sciant ad quid teneantur».

V. Dalle prefate condizioni si fa chiaro che chi acquista in buona o mala fede dal Governo, o da qualsivoglia altra persona, un fondo di Chiesa, non può dirsene mai padrone in coscienza, quando non ne abbia ottenuto dalla Chiesa medesima la proprietà. Sarà perciò solo un amministratore, il quale dee tenere il fondo a disposizione della Chiesa, cui per diritto ancor si appartiene, ed alla Chiesa dee dare quanto mai potrà farvi sopra di lucro netto. Su questo general e principio di dritto poggiano le condizioni testè enumerate.

Le differenze che corrono fra chi acqui-

sta in buona fede col permesso della S. Penitenzieria, e chi in mala fede, senza questo permesso, sono le seguenti:

a) Che il primo per evitar la censura deve averne la venia dalla S. Sede; il secondo, per esserne assolto, può ricorrere al Vescovo.

b) Che il primo è tenuto solo di erogare a benefizio della Chiesa il dippiù delle rendite corrispettive al danaro sborsato; il secondo in ogni caso deve sovvenire dalle rendite i luoghi pii.

c) Che il primo può rivalersi delle spese fatte per l'acquisto del fondo dal dippiù delle dette rendite come sopra, col consenso del Vescovo (ma in tal caso le rendite per suo conto diminuiscono colla diminuzione del capitale sborsato); al secondo non è fatta tal facoltà.

VI. Una delle obbligazioni più gravi, imposte ai compratori di buona o di mala fede, si è l'adempimento dei pesi annessi al fondo. Ciò procede da stretta giustizia, giacchè *res transit cum onere suo.* Vuolsi però tener presente la dichiarazione fatta al Vescovo di Lucera dalla S. Penitenzieria che nella determinazione dei detti pesi possono diffalcarsi quelli che già si sopportano dai Cleri cui si attribuisce dal Governo una pensione vitalizia. (V. *Monit. Eccl.* Vol. I p. 192, e Vol. II P. I, p. 75). Da ciò si deduce quanto sia difficile siffatta determinazione. Spesso non si conosce su quali fondi gravitano quei pesi; spesso accade che i Cleri ne abbiano ottenuta qualche riduzione, la quale se può valere pei medesimi Cleri, in vista della diminuzione delle rendite, non può valere pei compratori dei loro beni: spesso, diminuendosi ancora più le rendite per la morte degli attuali provvisti, si scemano altresì i pesi che prima si sopportavano dal Clero; e crescono per conseguenza quelli che competono al compratore. In tale stato di cose, ecco la risposta della S. Penitenzieria fatta al Vescovo di Policastro il dì 21 febbraio 1880 (V. *Mon. Eccl.* Vol. IV, Par. I, p. 30):

« Sacra Poenitentiaria, mature perpensis expositis, Venerabili in Christo Patri Episcopo oratori respondet: Prudenti iudicio Ordinarii remissum esse pro singulis acquirentibus bonorum ecclesticorum, Declarationem iuxta litteras S. Poenitentiariae diei 1 Iunii 1869 (*che prescrive le cinque condizioni, di cui qui si tratta*) emittentibus, determinare, omnibus inspectis circumstantiis, qualitatem et numerum onerum, bonis emptibus respondentium, non contemplata vero reductione onerum, quae favore Ecclesiæ solummodo obtenta fuerit; et monitis, ubi opus fuerit, ipsis emptoribus de possibili augmento eorumdem onerum ob futuram deficientiam actualium Beneficiatorum. — Quod si specialis quaedam difficultas in praefata onerum taxatione in casu aliquo particulari enascatur, recurrendum est ad S. Sedem ».

Dal che si raccoglie che nell'atto della soscrizione vuolsi determinare approssimativamente, a giudizio del Vescovo, la qualità e il numero dei pesi che gravano sul fondo ecclesiastico, tenute presenti tutte le circostanze; e trattandosi di beni capitolari, avvertire i compratori dell'aumento de' detti pesi sopravvenendo la morte degli attuali beneficiati.

Ma quanto sarà difficile venire a capo di ciò! E, venutone a capo, quanto difficile l'esecuzione!—Ecco pertanto la grande utilità della composizione, la quale libera da ogni qualsiasi onere l'acquirente e lo rende assoluto e perpetuo padrone del fondo.

VIII. La composizione è un accordo bonario fra l'acquirente ed il corpo morale cui si appartiene il fondo, col quale il primo fa un'offerta al secondo, e questi cede a quello ogni suo diritto sul fondo stesso. La composizione ha effetto solo dal punto che la S. Sede ratifica il contratto, il quale altrimenti sarebbe nullo, e i contraenti coglierebbero la scomunica *nemini reservata* della Costit. *Ambitiosae.*

L'offerta deve, di regola ordinaria, essere agguagliata al lucro netto che ritrasse il compratore dallo acquisto, per forma che sopra un fondo del valore di 1000, se fu pagato 800, si dovrà offerire la somma di 200.

Ma che è da dire quando nessun lucro, o pochissimo, o anche perdita fu fatta sull'acquisto? In tal caso dovrà offerirsi un'equa somma, proporzionata al valore del fon-

..., in cui si abbiano presenti le circostan- ... tutte di tempi, di luoghi e di persone. ...osì potrà essere maggiore la detta somma ...se si tratti di ricco possidente; o che ab- ...a elevato il prezzo per gare, o per capric- ..., o per altri vantaggi proprii; o quando ...al fondo gravino molti pesi; o quando que- ...o appartenga ad enti non conservati, ma ...oppressi, i quali si estinguono dopo la ...orte degli attuali provvisti. Potrà essere ...inore in circostanze opposte. Quando la ...omma non si possa dar tutta una volta, se ne ...ermetterà con garenzia il pagamento a rate.

d) L'appello vuolsi produrre sempre in iscritto, tranne solo quando lo si domanda nell'atto, in cui la sentenza vien proferita: « Libelli qui dantur appellatorii ita sunt concipiendi ut habeant scriptum et a quo dati sint, et adversus quem, et a qua sententia. Sed si apud acta quis appellaverit, satis erit si dicat: appello » (*Arg. ff. 1 § 4 ff, 2, 49, 1 de appell.*).

e) In materia di preminenze, di processioni ed altre funzioni sacre, vuolsi stare in tutto alle decisioni del Vescovo (Trident. *Sess. 25 de regul. c. 13;* Barbosa *in Conc. Trid. l. c. n. 7* et *de port. Episc. p. 3, all. 78, n. 6;* Rota *decis. 85, n. 9 p. 5 recent.* et *in Theatina praeeminentiar. 4 iun. 1674* § *Posito* et *4 mar. 1675* § *fin. cor. Rondinino*).

f) In riguardo alle precedenze, il Vescovo può dirimere le controversie *breviманu, summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii*, giusta il Ferraris (v. *Praecedentia n. 1*). Così pure la S. C. C. *in Thesauro for. eccl. p.l. c. 8, n. 18* etc.

g) La processione del *Corpus Domini* spetta alla chiesa più degna del luogo, nella quale deve e cominciare e terminare (S. R. C. 19 aug. 1619; 24 iul. 1683, 1 sept. 1718). Ed in questa sempre e solo il celebrante dee recare il Santissimo, non ostante qualsivoglia contraria consuetudine: « An, non obstante quacumque in contrarium consuetudine, intangibile sit ius celebrantis semper per se deferendi in publica supplicatione Corporis Christi SS. Eucharistiae Sacramentum? Resp. *Affirmative* ». Così la S. C. de' RR. 3 aug. 1839 *in Tridentina*. Così pure la stessa S. C. 2 iun. 1618 *in Syracusana*.

III.

Se un canonico di nuova erezione, il quale abbia convenuto coi primi capitolari di portare il turno delle messe, possa ricusarsi alla restrizione del turno quando vengano a sopprimersi taluni dei primi canonicati.

Albanen. Servitii Chori—18 Giu. 1887 —Al Capitolo della Collegiata di *Aric-*

(1) Reiffenstuel *lib. 2 decret. tit. 27, n. 58 et seqq.*: « Facta a partibus conclusione in causa, requiritur imprimis ut Iudex sententiam laturus citari faciat pro certa die utramque partem litigantium ad audiendam sententiam; idque vel trina citatione, vel saltem una peremptoria. Textus est in *L. Ea quae C. Quomodo et quando Iudex sententiam proferre etc.* ubi sententia lata contra absentem non solemniter citatum *dicitur nulla*: et *L. De Unoquoque ff. de re iudicata* cum similibus... Requiritur secundo, quod sententia diffinitiva redacta sit in scripturam; et postquam scripta fuerit, a Iudice et non ab alio, de scripti recitatione proferatur: adeo ut alias nec nomen sententiae mereatur habere, nec ab ea sit appellare necesse. Ita textus expressus *in Cap. ult. h, t. in 6. et lib. 2. C. De Sententiis ex breviculo recitandis*... Requiritur tertio quod sententia proferatur a Iudice sedente, et non stante vel ambulante *D. Cap. ult. h. t. in 6.* Ubi additur quod si sententia diffinitiva a Iudice litigatoribus non legatur vel stando, non sedendo proferatur, nullius penitus sit momenti. Concordant dicta superius *5 praeced. n. 29 et 30.* Requiritur quarto ut sententia proferatur a Iudice non quomodocumque sedente, sed sedente pro tribunali... ».

cia in Dioc. di Albano, composto di 10 Canonici, si aggiunse un nuovo canonicato per opera del Principe Chigi, e appresso due altri, di terza fondazione, dotati da una pia signora.

I canonici della terza fondazione doveano sempre sedere negli ultimi stalli, non percepivano taluni emolumenti quotidiani, ma neppure portavano il turno delle messe. Nel 18 novembre 1769 fu convenuto fra questi e gli altri di antica fondazione, che i primi porterebbero il turno delle messe capitolari, e sarebbero ammessi al diritto nell'anzianità negli stalli corali: la qual conversione fu approvata dalla S. Sede.

Avvenne che nel 1858, per sopperire alle spese di sagrestia e di riparazione della Chiesa, l'E.mo Vescovo propose al Capitolo la soppressione di quattro canonicati vacanti. Il Capitolo, radunatosi canonicamente, in maggioranza consentì; e la soppressione venne sancita dal Sommo Pontefice. Al detto consesso capitolare non furono presenti i canonici di terza fondazione; giacchè uno di questi beneficii vacava, e il secondo beneficiato trovavasi infermo, e nulla sapeva, protestavasi, di siffatta proposta.

Posto ciò, il turno delle messe venne a restringersi, e si accrebbero per conseguenza i pesi. I canonici di terza fondazione non voleano sopportar questo aumento, per la ragione ch'essi si obbligarono al turno per 12, non per 8, quanti ora erano rimasti; chiedeano perciò di essere mantenuti in tal proporzione, anche perchè essi non presero parte alla deliberazione capitolare della soppressione dei quattro canonicati.

Fu tentata una composizione fra i contendenti, ma riuscita inefficace, la controversia si deferì al giudizio della S. C. —La quale, il dì 18 giugno 1887, al dubbio: *An et qua ratione canonici novae erectionis teneantur ad vicem servitii, seu ad turnum in casu*, —rispose: *Affirmative, iuxta articulos conventionis a S. C. anno 1769 approbatos.*

Ed eccone le ragioni:

a) Il turno « dividit in singulos canonicos eiusdem ordinis (seu iuris seu officii), exercitium » (Rota *decis. 186 n. 12, p. 11 Rec.*). Quando adunque alcuno, senza limitazione, si è soggettato a questo turno, dee portarlo alla eguale ragione degli altri; giacchè « ubi lex non distinguit neque nos distinguere debemus » (*L. De pretio ff. in rem act.*); e « verba generalia generaliter sunt intelligenda » (*C. Quia circa 22 de privil.*).

b) La legge del turno è di tal natura, che la divisione dei pesi non è invariata. Può accrescere; può pur diminuire, secondochè aumenta o diminuisce il numero dei capitolari. È principio di dritto che *concursu partes habemus (Leg. 1 ff. De usu aures.)*; vale a dire che la divisione delle parti deve farsi fra coloro che in atto sono concorsi, e però quando manca qualcuno, *suppleat qui sequitur.*

c) Di quì segue che, come il turno si restringe quando un canonico sia infermo o giubilato; così pur si restringe quando dei canonicati vengano soppressi.

d) Perchè una deliberazione capitolare sia valida, non è necessaria la presenza di tutti, purchè tutti siano stati convocati. Il *C. Quia propter De elect.* stabilisce che la elezione dee celebrarsi « praesentibus omnibus qui debent, et volunt, et possunt commode interesse ».

e) Nè si richiede il suffragio di tutti, bastando quello della maggior parte dei convenuti (*Cap. 1, De his quae fiunt etc.*); purchè non si tratti di cosa che torni in pregiudizio di ciascuno; giacchè « quod omnes tangit ab omnibus debet approbari » (Reg. 29 in VI).

f) Nel caso trattavasi non di cosa pregiudizievole, ma vantaggiosa ai capitolari, giacchè la soppressione dei canonicati avea luogo per provvedere alla riparazione della Chiesa, per la quale, mancando altri fondi, poteva il Vescovo col consenso della maggioranza del Capitolo, stabilire una tassa su tutte le prebende (*Cap. Ex parte ult. De iis quae fiunt etc.*).

IV.

Di un parroco punito dal suo Vescovo col trasferimento ad altra parrocchia e con censure, che appella dopo scorsi i fatali.

Premislien. Opppositionis super nullitate sententiae suspensionis et irregularitatis—18 Giu. 1887—Nella borgata di Wiezownica in Diocesi di Premi-

slia (Galizia), fin dal 1877, fu posto a parroco un tale A. Z. — Questi, di vita pura, di bello ingegno, di zelo operoso, avea nondimeno due vizii, per cui si attirò la indignazione del Principe Czartoryski patrono di quella Chiesa, e di gran numero di filiani. Facile all'ira, giocavasi spesso di mano con questi, e rimproveravali con acri parole anche nella chiesa e per fino dal pulpito. Era parimenti accusato di avarizia con estorquere ingiuste ed eccessive contribuzioni per gli atti matrimoniali e per le funzioni funerarie.

Di tutto ciò furono rivolte querele al Vescovo, il quale ammonì paternamente quel parroco. Non giovando le ammonizioni, fu istituito formale giudizio contro di lui, e condannato ad ottare fra un biennio ad un altro beneficio, sotto pena di esservi trasferito d'officio; e inoltre gli s'impose l'obbligo di un mese di Ss. Esercizii, e di correggersi dai vizii contratti (valendo tal sentenza per triplice monizione), colla minaccia che altrimenti, senza misericordia, verrebbe privato affatto del beneficio parrocchiale.

Il parroco Z. accettò la sentenza, compiendo gli esercizii; ma non si corresse dei vizii. Fu invece accusato di crudeli esazioni per diritti di stola, e di atti d'inumanità contro il servo del principe e contro di un altro che fu costretto a stare lungo tempo in letto. Costrutto un altro processo, prima di compiersi il biennio stabilito, il dì 18 febbraio 1886, il Vescovo sentenziò la rimozione di lui dalla parrocchia di Wiezownica, e il trasferimento all'altra di Wolocza, allora vacante e di libera collazione dell'Ordinario.—Il parroco appellò al Metropolitano Concistoro di Leopoli, ma l'appello fu respinto il dì 14 settembre 1886. La sentenza fu notificata il dì 5 ottobre, e il dì 11 il parroco fece atto di sottomissione al proprio Vescovo. Se non che il 17 ottobre, dopo ben 12 giorni dalla detta notificazione, il parroco medesimo fece istanza per l'appello alla S. Sede. Ciò non gli fu concesso, per esser la sentenza già passata in cosa giudicata, e anzi gli fu ingiunto che pel 15 novembre dovesse allontanarsi dalla parrocchia, il qual perentorio gli fu posteriormente allungato fino al giorno 25 del detto mese, colla minaccia della sospensione *ipso facto incurrenda*, e, nel caso d'inadempimento, della irregolarità.

Il parroco senza ubbidire, trascorso il perentorio, continuò a celebrare; ma poscia, ammonito severamente dal Vescovo, smise. Si rivolse nondimeno alla S. Sede, chiedendo che la sentenza del Metropolitano venisse cassata e lui fosse assolto dalle incorse pene.

La S. C., chieste iterate informazioni dal Vescovo, il dì 18 giugno 1887 trattò questa causa coi dubbii:

I. An oppositio nullitatis sententiarum, a sacerdote Z. interposita, admittenda sit in casu.

II. An et sub quibus conditionibus a suspensione et ab irregularitate absolvendus sit in casu.

E risolse: *Ad I Negative — Ad II Affirmative, postquam mandatis Episcopi paruerit, et ad mentem.*

Corollarii:

a) Il Vescovo come può privare alcuno di un beneficio, così può costringere a permutarlo con un altro; « si nempe, come insegna il Reiffenstuel (ad tit. De rer. permut. n. 38), gravis causa id postulet, vel quia beneficiatus minus est idoneus ad praestanda munera beneficii huius, vel hoc in loco etc. ». Lo stesso insegnano Abbas *in c. Quaesitum 5 eod. tit. n. 7. et 8;* Innocentius *in c. Nisi. De renunt.*, Engel *eod. tit. in fin.*

b) E ciò corre, quand'anche non vi sia colpa del beneficiato. Si ascolti il cit. Reiffenstuel *n. 39:* « Haec doctrina procedit, etiamsi causa absque culpa beneficiarii eveniat, v. g. exurgat gravis aversio et odium populi adversus parochum, ita ut huius verba nihil amplius fructificent, populus divina contemnat, vel scandalum nascatur etc., ut apud Abbatem citatum bene observat Innocentius *l. c.* Ratio est quia bonum publicum debet praeferri privato, *can. Scias 39 caus. 7 q. 1* — ibi: — Non plurimorum utilitas unius utilitati aut voluntati praeferenda est ».

c) Un parroco, implicato in capitali inimicizie, benchè senza sua colpa, si suol prima dispensare dalla residenza per sei mesi, secondo il Fagnano *(Lib. 3 Decret. cap. Clericos De cler. non resid.)*, e non cessando le inimicizie, gli si concedono altri sei mesi, senza

speranza di più lunga proroga, inducenolosi a resignare o a permutare (*Arg. cap. Ad supplic. De renunt.*; S. C. C. in *Camerinen* 8 maii 1785, et *in Venulana* 3 sept. 1825; S. C. EE. et RR. in *Alben* 15 oct. 1601 ap. Bizzarri *in Collectanea*; d' Annibale *in Summula* t. 3, *n. 61 in nota*; Zamboni *Tom. 4 Concl. S. C. C. v. parochus* § *14 quoad remot. et privat.*).

d) Quando un reo dica di sottomettersi alla sentenza, subito questa dee mandarsi ad esecuzione (Glossa *in c. Quaesenti v. Quadrimestri de off. deleg.* et Reiffenstuel *ad tit. De Sent. et re iudic. n. 163*).

e) L' eccezione della nullità di una sentenza regolarmente non impedisce l'esecuzione della stessa, come si ha dal can. *Sicut sine 2*, *q. 1* e dalla *Clement. Ut calumniis De sent. et re iudic.*, con Barbosa e Reiffenstuel *De except. n. 70*. Se n' eccettua il caso di quella esecuzione che appena eseguita diventa irretrattabile; ovvero quando la sentenza è evidentemente e notoriamente nulla.

f) La sospensione prima comminata e poscia inflitta, a tempo indefinito, contro la contumacia di alcuno, è una vera censura, non già una semplice pena (Reiffenstuel *tit. 39*, *lib. 5 Decret.*; d'Annibale *Summula Tom. I, n. 351; Comment. ad Const.* Apost. Sedis *p. 128*); e però violata, induce la irregolarità (*Cap. 1 De sent. et re iudic.*).

g) In forza del *cap. Pastoralis 53 De appellat.*. l'appello dalle censure *ab homine latis* si ammette solo in quanto all'effetto devolutivo, non in quanto al sospensivo. Devono perciò le censure osservarsi anche prima della sentenza del tribunale di appello.

h) Dalle prefate teoriche apparisce chiara la ragionevolezza della risoluzione di questo caso.

V.

Circa la infamia che si contrae per condanna di un giudice laico.

Augustana. Irregularitatis, suspensionis et privationis paroeciae — 18 Giu. 1887 —Un certo sacerdote S., dopo essere stato parroco in due altri luoghi, finalmente fu posto, per nomina regia, curato a Scheppach in Dioc. di Augsburg (Germania). Fu quivi accusato di aver contrattti molti debiti, senz'averli soddisfatti, e segnatamente con una certa banca, per una ingente somma, che a grandi stenti fu restituita. Fu pure imputato della vendita e della indebita appropriazione di un prezioso anello, dato a lui per usi pii, ma pel quale anche appresso soddisfece. Per tutte queste cose, e segnatamente per dolo commesso nei contratti, tradotto in giudizio, presso i tribunali laici, fu condannato a tre mesi di carcere.

La Curia di Augsburg, avendo ciò conosciuto, chiamato il parroco, ed esaminati varii testi, fece un processo sommario, secondo l'istruzione della S. C. de' VV. e RR., e sentenziò dichiarando, il Sac. S., per la subita condanna criminale, incorso nella *infamia di dritto*, e e perciò sospeso e privo della parrocchia. Il Sac. S. appellò presso la Curia Metropolitana di Monaco; ma questa confermò la sentenza. Finalmente si rivolse alla S. Sede, chiedendo l' annullamento di quella sentenza; e, subordinatamente, che, assoluto da ogni censura, gli si concedesse di allontanarsi in pace dalla parrocchia.

La S C. trattò la causa il dì 18 giugno 1887 coi dubbii:

I. An sententiae Augustana et Monacensis sint confirmandae vel infirmandae in casu — Et quatenus affirmative;

II. An et sub quibus conditionibus ab irregularitate et suspensione sacerdos S. absolvi possit in casu.

E risolse:

Ad I. Sententiam esse confirmandam.

Ad II. Affirmative, praevio recessu a paroecia et peractis in aliqua pia domo spiritualibus exercitiis arbitrio Episcopi, cuius charitati commendatur.

Si raccolga:

a) Insegna il Reiffenstuel tit. *de pœnis n. 58*, che incorrono la infamia di diritto, per sentenza del giudice: « omnes accusati et condemnati de publico delicto, idest tali cuius accusatio cuivis est permissa, veluti sunt proditio, crimen falsi, adulterium *l. infamem ff. De publ. iud.*; item rapina, furtum, expoliata haereditas, iniuria etc.: licet enim

haec posteriora crimina non censeantur publica sed privata; tamen per sententiam iudicis condemnatoriam irrogant infamiam, *l. Infamem, l. Decuriones 5, l. Furti 8, l. Si expillasse 12 C. Ex quibus caus. irrog. infam...* item de dolo malo... condemnatus *l. Fustibus 6 C. tit. cit.* ».

b) E per questi delitti, aggiunge il medesimo Autore, s' incorre la infamia, quand'anche di questa non si faccia menzione nella sentenza: « Ob quae crimina condemnatus infamis efficitur etsi in sententia nulla fiat mentio de infamia ».

c) Coloro poi che sono infami *ipso iure*, diventano irregolari, in forza del *Can. Infames in can. fin. dist. 51;* e inoltre vengono esclusi e sospesi dalle dignità e dagli onori ecclesiastici, secondo la regola 87 *in VI:* « Infamibus portae non poteant dignitatum » (V. Reiff. *l. c.*).

Sacra Congregazione de' Riti.

I.

Rito da osservarsi nella messa delle feste, trasportate nella Domenica seguente.

Namurcen—26 Nov. 1886—Exposuit R.mus D.nus Eduardus Iosephus Belin Episcopus Namurcen in Belgio, non unam esse agendi rationem circa festorum solemnitates, quae, juxta Decretum cl. me. Card. Caprara Legati a Latere, Dominicis proxime insequentibus recoluntur; quum alibi in Missa de solemnitate (addita Dominicae currentis commemoratione) legatur in fine Evangelium Sancti Ioannis, ejusmodi Missam tamquam stricte votivam *pro re gravi* considerando; alibi vero in ea Missa tum Commemoratio tum Evangelium addatur in fine de currente Dominica. Hinc ab Apostolica Sede humillime expetivit, ut, ad uniformitatem in cunctis suae Dioeceseos Ecclesiis obtinendam, ejusmodi controversia dirimatur. Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisito voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, re mature perpensa, propositae quaestioni ita rescribere rata est:

In casu, Evangelium Dominicae legendum in fine Missae. Atque ita rescripsit et servari mandavit die 26 Novembris 1886.

D. Card. Bartolinius
Praefectus

Laurentius Salvati
Secretarius.

II.

Benedizioni de' campi, dei monti, de' pascoli e contro le inondazioni delle acque, approvate dalla S. C.

Benedictio camporum, vel Alpium, vel Pascuorum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, a quo omne bonum sumit initium, et semper ad potiora progrediendo percipit incrementum: concede, quæsumus, supplicantibus nobis: ut quod ad laudem nominis tui inchoare aggredimur, aeterno tuo sapientiae munere ad terminum perducatur. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sacerdotibus tuis prae ceteris gratiam conferre dignatus es, ut quidquid in tuo nomine ab iis digne et perfecte agitur a te fieri credatur: quaesumus clementiam tuam; ut quod modo visituri sumus, tu quoque visites, et quod benedicturi sumus, tu quoque bene ✠ dicas, et ad ea quae acturi sumus, tuae potentiae dexteram extendas: sit ad humilitatis nostrae ingressum, Sanctorum tuorum meritis et intercessionibus, fuga daemonum, ac tuorum ingressus angelorum. Per Christum Dominum Nostrum.

℟. Amen.

Dicantur flexis genibus Litaniæ Sanctorum, et postquam recitatus fuerit sequens

℣. Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum ab aeterna damnatione eripias—Te rogamus audi nos.

Sacerdos surgens dicat:

℣. Ut hos Campos *vel* Alpes *vel* Pascua *vel* Agros *vel* Prata, benedicere digneris.

℟. Te rogamus, audi nos.

℣. Ut hos Campos *vel* Alpes, *vel* Pascua, *vel* Agros, *vel* Prata bene ✠ dicere et con ✠ servare digneris.

℟. Te rogamus, audi nos.

℣. Ut hos campos, *vel* Alpes, *vel* Pascua, *vel* Agros, *vel* Prata bene ✠ dicere, con ✠ servare, et ab omni daemonum infestatione custo ✠ dire digneris.

℟. Te rogamus, audi nos.

℣. Ut fulgura, grandines, saevas tempestates et noxias aquarum inundationes a loco isto clementer expellere et effugare digneris.

℟. Te rogamus, audi nos.

Deinde prosequitur et absolvit Litanias: et ad finem dicit:

Pater noster, *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur.

℟. Et renovabis faciem terrae.

℣. Dominus dabit benignitatem.

℟. Et terra nostra dabit fructum suum.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Pietatem tuam, omnipotens Deus, humiliter imploramus, ut hos Campos, *vel* Alpes, *vel* Pascua, *vel* Agros, *vel* Prata, qui *vel* quae aëris temperamento nutrire dignatus es, tuae bene ✠ dictionis imbre perfundere digneris, tribuens populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, et pulsa terrae sterilitate, esurientium animos bonis affluentibus replere, ut egeni et pauperes laudent nomen gloriae tuae in saecula saeculorum.

℟. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

Benedictio contra inundationes aquarum

Sacerdos indutus superpelliceo et stola, populo cumcomitante, portet ad rivum, vel flumen benedicendum, Reliquiam Sanctae Crucis, ibique in quatuor partibus legat devote initia quatuor Evangeliorum, et post singula Evangelia subjungat sequentiam ℣. ℣. et orationem...

℣. Adjuva nos, Deus salutaris noster.

℟. Et propter gloriam nominis tui libera nos.

℣. Salvos fac servos tuos.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Mitte nobis, Domine, auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui justificas impium, et non vis mortem peccatoris: majestatem tuam suppliciter deprecamur; ut famulos tuos de tua misericordia confidentes, ab aquarum periculis, caelesti protegas benignus auxilio, et assidua protectione conserves: ut tibi jugiter famulentur, nullisque tentationibus a te separentur. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Et Benedictio Dei omnipotentis Patris ✠ et Filii, et Spiritus Sancti descendat super has aquas, easque coerceat.

℟. Amen.

Brixinen.

Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII tributis, instante R.mo D.no Simone Aichner Episcopo Brixinen. suprascriptas Benedictionum formulas jampridem in Dioecesi Brixinen. usitatas ab ipsamet Sacra Congregatione revisas et ordinatas, prouti superiori in exemplari prostant, approbavit, atque in Appendice Ritualis Romani in usu praedictae Dioeceseos apponi concessit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 1 Decembris 1886.

D. *Card.* Bartolinius
Praefectus.

Laurentius Salvati
Secretarius.

Ioannes *Can.* Ponzi
Substitutus.

III.

Intorno ai patrini nel Battesimo degli adulti e nella Confermazione.

Rev. D.nus Franciscus Pozzi Praefectus Apostolic. Bengalae Centralis Sacrorum Rituum Congregationi insequentia Dubia pro opportuna solutione humillime subjecit, nimirum.

Dubium I. In collatione Baptismatis adultorum, post tres genuflexiones et dicto *Pater noster*, Sacerdos dicit Patrino « Signa eam etc. » et nulla fit mentio de matrina. Quaeritur: an in absentia Patrini Sacerdos debeat dicere matrinae: « Signa eam etc. » vel potius, omisso Signo Crucis per Matrinam, Sacerdos tantummodo ter signare debeat de more cathecumenum?

Dubium II. Interdum accidit quod desint Patrini pro Baptismo solemni vel Confirmatione, sed tantummodo praesto sint Moniales (Sorores Charitatis); quaeritur, num in hujusmodi casu expediat conferre ea Sacramenta sine Patrinis, vel potius ut Moniales adhibeantur uti Matrinae in utroque Sacramento pro foeminis?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisitoque voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, re mature perpensa, ita propositis Dubiis rescribendum censuit, videlicet

Ad I. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad II. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Atque ita rescripsit et servari mandavit die 15 februarii 1887.

IV.

Facoltà di anticipar le feste nella Domenica precedente e di usar l'officio approvato per altri luoghi.

Engolismen 1 Aprile 1887.—R.mus D.nus Alexander Leopoldus Sebaux hodiernus Episcopus Engolismen a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII quae sequuntur privilegia humillime expetivit: 1.° Ut Dominica respectivum Festum Patroni seu Titularis propius quam fieri potest antecedente, solemnitas ipsa, iuxta privilegium Galliarum Ecclesiis concessum, anticipari valeat; ne diutius aliquando eaedem solemnitates differri debeant, magno cum Fidelium moerore et incommodo; 2.° Ut in Festis ac Solemnitatibus illorum Sanctorum, qui, tum in Breviario, tum in Proprio Engolismensi, Officiis ac Missis propriis carent, adhiberi amodo possint Officia cum Missis jam ab Apostolica Sede pro aliis locis rite approbata, quemadmodum Archidioecesi Cameracensi concessum fuit; 3.° demum ne Sancti Silvestri Pontificis Confessoris Festum die 31 decembris omittatur in Loco ubi eadem die Sanctae Columbae Virginis et Martyris Festum Titulare Ecclesiae Locique Patronale peragendum est, ut illud S. Silvestri anticipare inibi possit die prima praecedente, quae in respectivo Kalendario nunc habetur libera, nempe 23 ejusdem mensis. Sanctitas porro Sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, benigne in omnibus annuere dignata est: servatis Rubricis, contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 1 Aprilis 1887.

V.

Se il così detto SEPOLCRO *del Giovedì Santo rappresenti la sepoltura di G. C., ovvero solo la istituzione della SS. Eucaristia; e del modo come debbasi ornare.*

Romana.— 14 Maii 1887 — Academia liturgica Romana in altero ex suis conventibus pertractavit quaestionem an Altare in quo Feria quinta in Coena Domini Augustissimum Eucharistiae Sacramentum publicae Fidelium adorationi exponitur, quod vulgo sepulcrum nominatur, dici possit et haberi tamquam Christi sepulchrum repraesentans. Academiae Censores, perpensis quae ad rem habentur in Caeremoniali Episcoporum, Missali Romano et in Decretis editis a Sacrorum Rituum Congregatione, unanimi voto censuerunt ejusmodi altare habendum, et esse revera repraesentativum, non sepulturae Domini, sed Institutionis Augustissimi Sacramenti.

Placuit vero hanc sententiam judicio Sacrorum Rituum Congregationis subjicere, ac simul ab ea edoceri quid sentiendum sit de certo modo exornandi praedictum Altare, qui in aliquibus locis in usu est. Quamobrem praefatae A-

cademiae Moderator, suo atque Academicorum nomine Sacrae Congregationi Rituum humillime sequentes proposuit quaestiones:

I. An Altare in quo Feria Quinta Maioris hebdomadae publicae adorationi exponitur Augustissimum Sacramentum, licet in capsa reconditum, sit repraesentantivum sepulturae Domini, an potius institutionis ejusdem augustissimi Sacramenti?

II. An quoties Decreta Sacrorum Rituum Congregationis nominarunt *sepulchrum* vel *locum sepulchri* idem Altare, designaverint illud esse repraesentativum Dominicae Sepulturae, an potius vulgari tantum denominatione uti voluerint?

III. An praeter lumina et flores, liceat ad exornandum praedictum altare adhibere Crucem cum panno funereo, vel Christi demortui effigiem, vel scenicas decorationes, statuas, picturas, nempe Beatissimae Virginis, Sancti Joannis Evangelistae, Sanctae Mariae Magdalenae, et militum custodum, arbores, aliaque ejusmodi?

Sacra vero Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, rebus mature perpensis, et inhaerendo Decretis jam alias editis in Lauden. die 21 Januarii anni 1662, (1) in Alben die 8 Augusti anni 1835, (2) in Narnien. die 7 Decembris anni 1844, (3) et in Salten. die 26 Septembris anni 1868 (4), et consideratis quae deducta fuerunt ab altero ex Caeremoniarum Apostolicarum

---

(1) *Lauden.* — Institit Archipresbyter Casalis Pistolonghi Lauden. Dioeceseos declarari: An liceat Societati SS.mi Sacramenti feria V in Coena Domini pannis lugubribus obtegere capellam in qua Ss. Sacramentum asservatur: et an hoc sit omnino prohibendum? Et S. C. respondit:... Vetitum est adhibere quaecumque indumenta nigri coloris ad ornatum Sepulchri Feria V et majoris hebdomadae, tum intra tum extra locum ipsius sepulchri... Die 21 Januarii 1882.

(2) *Alben.* — Quum in civitate Alben... S. R. C.ni sequentia Dubia pro opportuna solutione proposuit:

Dubium I. An liceat feria V. in Coena Domini in Altare Sacri sepulchri apponere velum album quod e magna Cruce descendens cooperiat Eucharistiam?...

E.mi Patres... responderunt: Ad I *Non licere.* Die 8 Augusti 1835.

(3) *Narnien.* Sac. Can.cus Cathedralis Ecclesiae Narniensis.... S. R. C.ni supplicavit pro solutione sequentium Dubiorum, nimirum:

I. Utrum apponi valeat sigillum in ostiolo ubi Feria V in Coena D.ni reconditur Ss.mum Eucharistiae Sacramentum?

II. Utrum, ut communiter appellatur, nominandum sit *sepulcrum?*

III. Utrum, nec ne, recondito hoc modo Ss.mo Sacramento, cantari possit — *Sepulto Domino* etc.

Et Sacra Cong.tio... rescribendum censuit:
Ad I. *Negative.*
Ad II. *Iuxta consuetudinem.*
Ad III. *Negative...* Die 7 Decembris 1844.

(4) *Salten.* R.mus D. Bonaventura Riso Episcopus Salten. S. R. C.ni exposuit quod Altaria Ecclesiarum Dioeceseos sibi commissae in quibus Feria V in Coena D.ni Ss. Euch. Sacramentum asservatur, perpulchre quidem ornari soleant, attamen absque statuis, imaginibus aliisque repraesentationibus. Verum Regulares Missionarii Ord. S. Francisci in hac civitate a duobus vel tribus annis statuas et alia similia ponere coeperunt in hunc modum, videlicet: Passionis Dominicae aliquas scenas repraesentant, imagines et statuas de novo absque Episcopi approbatione collocant, imo etiam hoc praesente anno imaginem D. N. I. C. in horto orantis et angelum ipsum confortantem posuerunt, ita tamen, ut, positis genibus, manibus ad coelum extensis, tunica aperta et pectore discooperto et denudato appareat, nulla habita ratione narrationis Evangelistarum, nempe Matth. XXVI. 32.-47, Luc. XXII. 41 - 47, Marc. XIV. 23 - 43, Ioan. XVIII 4...; unde accidit ut quidam litteralis narrationis S. Evang. veracitatem alteri cuidam libro postponerent, quod mirum non est in hisce regionibus, in quibus Bibliorum studium non multum curatur. Iudas etiam apparebat ad Dominum accedens cum cohorte in actu ipso orationis et confortationis, Apostolorum dormientium statuis longius apparentibus, ut si Dominum in actu orationis repente invenisset; quod procul dubio textui evangelico contradicit, cum juxta ipsum, Dominus Iesus, postquam oravit, discipulis annuntiaverit proditoris adventum et processerit Iudae et cohorti in occursum. Porro haec omnia fidem in Evang. et literalem Ss. Evangelistarum narrationem minime servant, sed potius contradicunt, cum plures, prout repraesentatum est, et non prout narratur in Evangelio, accidisse crediderint. Accedit quod SS. Sacramentum sub talibus statuis et arborum picturis in quadam parvae speluncae specie et super plano presbyterii collocatum sit, quin collocaretur nec collocari possit et super altari cum sex candelabra etc. juxta praescriptum Caeremonialis Episcoporum l. 2. c. 23. n. 1. et Rubricarum Missalis dicta feria V in Coena D.ni. Super dictam etiam speluncae speciem et super Ss. Sacramentum laicus quidam Conventus continuo ascendebat et deambulabat, lampades quae erant coram statuis curandi gratia coram populo circumstante.

Praeterea populus magis ad statuas et picturas quam ad Ss. Sacramentum attendit, et plurimae irreverentiae locum habent in hisce repraesentationibus, quae etiam usque post sanctum diem Paschae asservantur.— Attentis expositis et scandalis quae occasione hujusmodi

Magistris in *Salten* respondendum censuit:

Ad I. Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam.

Ad II Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam.

Ad III. Negative; et flores non esse disponendos ac si altare esset in viridario. Atque ita declaravit ac servari mandavit die 14 Maji 1887.

Sacra Congregazione delle Indulgenze

I.

Lo scapolare del Carmine non più dee benedirsi insieme ad altri scapolari, ma vuolsi benedire ed imporre separatamente. L'Indulto a ciò concesso già in perpetuo, si restringe ad un decennio.

Decretum Ord. Frr. Minor. Excalceatorum et Recollectorum—27 Apr. 1887—Ab initio huius saeculi in usu esse coepit quatuor Scapularium simultanea et compendiosa traditio, nempe SS. Trinitatis, B.M.V. de Monte Carmelo, Immaculatae Conceptionis, septem Dolorum, quibus nuperrime additum est quintum, scilicet Scapulare rubrum Passionis D. N. I. C. Haec facultas benedicendi imponendique simul praedicta Scapularia collata primitus alicui religioso Instituto, tempore praesertim ss. Missionum, breviori adhibita formula a S. R. C. approbata, deinde Sacerdotibus quoque saecularibus indulta est, qua etiam extra tempus ss. Missionum peragendarum ipsi utuntur. Quamvis autem haec agendi ratio fortasse contulerit ad istorum Scapularium receptionem facilius propagandam, ea tamen occasio fuit cur praecipuus ille honor, quo christifideles Scapulare carmeliticum quavis aetate celebrarunt, imminueretur, et fervens erga illud devotio aliquantulum tepesceret. Porro Scapulare Carmelitarum, quod nobilitas ipsa originis, veneranda antiquitas, latissima eiusdem in christiano populo pluribus adhinc saeculis propagatio, nec non salutares per Illud habiti pietatis effectus, et insignia quae perhibentur patrata miracula mirabiliter commendant, omnino postulare videtur distinctionem honoris in ipso receptionis ritu, ut non quidem cum aliis commixtim, quasi unum ex pluribus, sed prouti in sua primitiva institutione illud beatissima Virgo uti tesseram propriam sui Ordinis tradidisse fertur B. Simoni Stokio, fidelibus quoque distinctim tradatur, nec cum aliis simul Scapularibus connumeretur. Ex quo procul dubio fiet ut illa singularis omnino, universalis et constans totius catholici Orbis religio integra servetur erga hoc sacrum Scapulare marianum, quod veluti antonomastice Scapulare audit, iure meritoque orta ex eo quod, uti traditur, pientissima Virgo speciales favores, gratias et privilegia conferre spoponderit devote gestantibus hoc suum praedilectionis signum.

Haec sedulo perpendens hodiernus Vicarius carmelitici Ordinis antiquae observantiae R.mus P. Angelus Savini honori simul consulere exoptans et devotioni sacri Scapularis B. M. V, de Monte Carmelo, instantibus quoque sui Ordinis Fratribus, huic s. Congregationi Indul. et ss. Reliq. sequens dubium discutiendum proposuit:

« Utrum conveniens sit Scapulare B. M. V. de Monte Carmelo, honoris et devotionis causâ, separatim potius et distincte, quam cumulative et commixtim cum aliis quatuor vel pluribus Scapularibus benedicere et imponere? »

E.mi ac R.mi Patres in generali Congregatione apud Vaticanum habita die 26 Martii 1887, re mature perpensa, rescripserunt: « *Affirmative:* et consulendum SS.mo, ut Indultum huc usque

---

repraesentationum vitari non possent ab ead. S. C. humillime postulavit seq. Dubiorum solutionem:

Dubium I. Utrum hujusmodi repraesentationes in sacello in quo Feria V majoris hebdomadae reponi debet altera Hostia consecrata, tolerari possint?

Dubium II. Et quatenus negative ad I, an regulares ab Episcopo coerceri possint ad hujusmodi repraesentationes non faciendas?

Quum autem.... E.mi Patres.... rescribendum censuerunt:

Ad I. *Usum expositum esse contrarium Caeremoniali Episcoporum, et Rubricis Missalis Romani, et in casu, de quo agitur, Episcopus curet illum eliminari etiam auctoritate Sacrae Rituum Congregationis.*

Ad II. Provisum in I. atque ita rescripserunt die 26 Septembris 1868.

[a perpetuum concessum, etiam Regu-]aribus Ordinibus et Congregationibus [induendi christifideles Scapulari car-]melitico commixtim cum aliis Scapu-[laribus revocetur, et ad determinatum tempus coarctetur, neque in posterum amplius concedatur.

Facta vero de his relatione in audien-[tia habita die 27 Aprilis 1887 ab infra-]scripto Secretario, Sanctissimus D. N. [Leo Papa XIII Patrum Cardinalium re-]sponsionem approbavit, decrevitque ut [praefatum Indultum in posterum non am-]plius concedatur, ac illi omnes etiam Re-[gulares Ordines vel Congregationes, qui-]bus Indultum ipsum, quocumque nomine [vel forma ab Apostolica Sede est con-]cessum, eo tantummodo *ad decennium* [perfruantur ab hac die computandum.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem Congregationis die 27 Aprilis 1887.

Fr. Thomas *M. Card.* Zigliara *Praefectus.*

✠ Alexander *Episcopus Oensis Secretarius.*

II.

Viene abolito il privilegio della esenzione dall' obbligo d'iscrivere i nomi di coloro, che ricevono lo scapolare del Carmine, nell' albo della Confraternita.

Decretum Ord. Frr. Minor. Excalceatorum et Recollectorum—27 Apr. 1887—Iam inde ab anno 1838 sub die 30 Aprilis s. m. Gregorius XVI ex speciali Indulto exemit ab onere inscribendi in albo Confraternitatis nomina Christifidelium, qui Scapulare B. Mariae Virginis de Monte Carmelo recipiunt. Iam vero Procurator generalis Fratrum Minorum excalceatorum et recollectorum preces humiliter porrexit Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII, ut ad Confraternitates aliorum Scapularium idem omnino Indultum benigne extendere dignaretur. Ad id postulandum haec potissimum eum permovebant rationum momenta, defectus nimirum vicinarum Confraternitatum ad quas forent nomina Confratrum et Consororum inscriptarum transmittenda, nec non maxima difficultas colligendi nomina plurimorum adscribi petentium sacris Scapularibus tempore Missionum.

Alias egit de hac quaestione haec S. Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis praeposita, mentemque suam pandidit in una Cameracensi sub die 18 Augusti 1886, in qua expresse denegavit praefatum gregorianum Indultum aliis Scapularium Confraternitatibus esse applicandum.

Modo vero occasione exhibiti supplicis libelli supramemorati P. Procuratoris, huic S. Congregationi opportunum visum est praesentem quaestionem de inscribendis nominibus, qui sacra Scapularia recipiunt, denuo perpendere, eamque, audito alterius ex Consultoribus voto, dirimere sequenti proposito dubio:

« Utrum Indultum a s. m. Gregorio Papa XVI concessum die 30 Aprilis 1838 Confraternitati B. Mariae Virginis a Monte Carmelo, quo sacerdotes debita facultate praediti recipiendi christifideles in praedictam Confraternitatem eximuntur ab onere inscribendi nomina fidelium in libro Confraternitatis, expediat extendere etiam ad alias Confraternitates, in quibus christifideles scapularia recipiunt? ».

Et E.mi ac R.mi Patres responderunt in generalibus Comitiis apud Vaticanum habitis die 26 Martii 1887: « *Negative:* imo supplicandum SS.mo pro revocatione gregoriani Indulti concessi sub die 30 Aprilis 1838; et ad mentem. »

Die vero 27 Aprilis 1887 Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII in audientia habita ab infrascripto Secretario sententiam Patrum Cardinalium ratam habuit, et gregorianum Indultum revocavit.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 27 Aprile 1887.

Fr. Thomas *M. Card.* Zigliara *Praefectus.*

✠ Alexander *Episcopus Oensis Secretarius.*

III.

Dubbii circa la benedizione, le indulgenze e le opere ingiunte pei cinque soliti scapolari.

Decretum. Monasteriensis—27 Apr. 1887—Postquam Romani Pontifices benigne indulserunt ut sacerdotes tum sæculares tum regulares facultate potiren-

tursimul benedicendi imponendique quinque Scapularia, nempe SSmae Trinitatis, B. Mariae Virginis de Monte Carmelo, Immaculatae Conceptionis et septem Dolorum eiusdem B. Mariae Virginis, nec non rubrum Passionis D. N. I. C., nonnullae exortae sunt quaestiones et difficultates circa modum supradictae facultatis exercendae. His accesserunt dubia nonnulla quae respiciunt communicationem ecclesiis Confraternitatum SS.mae Trinitatis, B. Mariae Virginis de Monte Carmelo, ac septem Dolorum omnium Indulgentiarum, quae ecclesiis Ordinum eiusdem nominis sunt adnexae, nec non commutationem visitationis ecclesiae eorumdem Ordinum, sive Confraternitatum, ubi ea desit, in visitationem ecclesiae parochialis. Alia demum sunt proposita dubia, quae agunt de reciproca communicatione Indulgentiarum et Privilegiorum Confraternitatum SSmae Trinitatis, et B. Mariae Virginis de Monte Carmelo sive a Fratribus Calceatis, sive Excalceatis utriusque Ordinis erectarum; ac in specie de Indulgentiis visitantibus ecclesias Ordinis Carmelitici, aliquibus anni diebus concessis, et de generali Absolutione in mortis articulo impertienda confratribus et consororibus s. scapularis Carmelitarum.

Quae omnia Fr. Pius Seerburg Ordinis Capuccinorum concionator in Conventu Monasteriensi Provinciae Rhenano-Vestphalicae suorum confratrum nomine, qui sacris Missionibus operam impendunt, sequentibus dubiis huic S. Congregationi Indulgentiarum et SS. Reliquiarum propositis complexus est:

I. An ad validitatem benedictionis sufficiat signum Crucis manu efformatum super scapulare absque ulla verborum pronuntiatione, et aquae benedictae aspersione?

II. An receptio in confratrem valeat, si fiat simplici intentione concepta animo, ac verbis nullis adhibitis?

III. An declaratio s. Congregationis de servandis substantialibus in adscriptione fidelium Confraternitati B. M. V. de Monte Carmelo debeat etiam, atque eodem sensu, intelligi quoad cetera scapularia?

IV. An pro induendo fideles quinque scapularibus, totidem etiam benedictiones, impositiones ac receptiones requirantur, vel unica tantum, et quae sufficiat?

V. An suscipientes et gestantes scapulare caeruleum B. M. V. Immaculatae, aut rubrum Passionis D. N. I. C. Confraternitates constituant?

VI. An in ecclesiis Confraternitatum SSmae Trinitatis, B. M. V. de Monte Carmelo ac septem Dolorum acquiri valeant omnes Indulgentiae, quas lucrantur fideles visitando ecclesias Ordinum respectivorum?

Et quatenus affirmative:

VII. An communicatio istiusmodi valeat etiam quoad certas devotiones in ecclesiis Ordinum haberi solitas, uti orationem 40 horarum, missas, officia divina, litanias, Dei verbi praedicationem etc., quando quis iisdem devotionibus intersit in ecclesia respectivarum Confraternitatum?

VIII. An in locis, ubi nulla adest ecclesia neque Ordinis, neque Confraternitatis SSmae Trinitatis, aut B. M. V. de Monte Carmelo vel a septem Doloribus, fideles qui sunt adscripti Confraternitati SSmae Trinitatis erectae etiam a Fratribus Calceatis, vel Confraternitati B. M. V. de Monte Carmelo, aut septem Dolorum acquirere respective possint omnes Indulgentias adnexas dictarum ecclesiarum visitationi, visitando ecclesiam parochialem?

IX. An sacerdos, qui facultatem obtinuit a Fratribus Calceatis recipiendi fideles in Confraternitatem SSmae Trinitatis, valeat communicare praeter Indulgentias, quae reperiuntur in Summario approbato pro Confraternitatibus erectis a Fratribus Calceatis, etiam eas a praedictis diversas, quae reperiuntur in Summario approbato pro Confraternitatibus erectis a Fratribus Discalceatis, ac versa vice, in locis praesertim ubi proprii Ordinis, aut Confraternitatis ecclesia non existit?

X. An idem sit constituendum de gratiis et Indulgentiis, quae sunt concessae Confraternitatibus erectis a Fratribus Calceatis aut Discalceatis Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo?

XI. An constet de authenticitate Indulgentiae Plenariae, quae concessa fertur pro unaquaque feria quarta cuiusque anni hebdomadae christifidelibus visitantibus ecclesiam Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo?

XII. An constet de authenticitate Indulgentiae Plenariae, quae traditur concessa ab Honorio III et Nicolao IV pro quaquaque anni die, in qua visitetur ecclesia Ordinis praedicti?

XIII. An omnibus confessariis ab Ordinario approbatis indulta sit facultas impertiendi Absolutionem generalem confratribus et consororibus B. M. V. de Monte Carmelo in articulo mortis constitutis, quoties deficiat sacerdos potestate praeditus munia directoris Confraternitatis exercendi?

Emi et Rmi Patres in Congregatione Generali habita in Palatio Apostolico Vaticano die 26 Martii 1887 rescripserunt:

Ad I. Negative, sed benedictio danda est iuxta formulam praescriptam, ad normam Decreti 18 Augusti 1868. (1).

Ad II. Negative.

Ad III. Affirmative.

Ad IV. Affirmative ad 1.am partem: Negative ad 2.am nisi ex speciali Indulto S. Sedis, et ea formula, quae in eodem conceditur, et ad mentem. Mens est, ut qui sacerdotes utuntur Indulto Apostolico induendi christifideles quinque scapularibus non benedicant scapularia, nisi ea sint distincta, id est vere quinque scapularia, sive totidem, sive duobus tantum funiculis unita, et ita ut cuiuslibet scapularis pars una ab humeris, alia vero a pectore pendeat, non vero unum tantum scapulare in quo assuantur diversi coloris panniculi, prout ab hac s. Congregatione iam cautum est.

Ad V. Negative.

Ad VI. Negative.

Ad VII. Negative.

Ad VIII. Affirmative ex Brevi Pii Papae IX 30 Ianuarii 1858 pro Confraternitate SSmae Trinitatis, et ex Brevi eiusdem Pontificis 15 Ianuarii 1855 pro Confraternitate B. M. V. de Monte Carmelo; et supplicandum SSmo pro extensione Indulti ad Confraternitatem B. M. V. a septem Doloribus.

Ad IX. Affirmative, facto verbo cum SSmo.

Ad X. Affirmative.

Ad XI. Ex deductis non constare nisi de Indulgentia plenaria in una ex quartis feriis cuiuslibet mensis et iuxta modum expressum in Brevi Benedicti XIII « Alias pro parte » 4 Martii 1727.

Ad XII. Negative, sed Indulgentia plenaria in casu ita intelligenda est, ut semel in anno tantum ab unoquoque christifideli acquiri possit, sicut in una Maceraten. 15 Martii 1852 Confraternitatis SSmae Trinitatis.

Ad XIII. Affirmative.

Facta vero de iis omnibus relatione in audientia habita ab infrascripto Secretario die 27 Aprilis 1887, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII responsiones Patrum Cardinalium approbavit, et ad dubium VIII benigne annuit pro petita Indulti extensione, quo in locis ubi nulla adest Ecclesia neque Ordinis Servorum B. Mariae Virginis, neque Confraternitatis Septem Dolorum, qui sunt eidem Confraternitati adscripti, acquirere valeant omnes Indulgentias dicti Ordinis ecclesiis adnexas, visitando respectivam parochialem ecclesiam.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 27 Aprilis 1887.

Fr. Thomas M. *Card.* Zigliara *Praef.*

Alexander *Episcopus Oensis Secret.*

---

(1) Ecco il tenore del cit. decreto: « Non nunquam accidit, praesertim sacrarum Missionum tempore, ut, cum sacerdos ad id legitime deputatus scapulare B. M. V. de Monte Carmelo aliudve fidelibus imponit, deficiant scapularia priusquam fidelium votis satisfieri potuerit: hinc....

« 1° Utrum idemque scapulare semel benedictum valide possit pluribus per vicem imponi, repetita solummodo super singulis receptionis, sive impositionis formula?

« 2° Utrum huiusmodi formula, usurpari solita in actu impositionis scapularium, essentialis sit, ut qui scapulare rite accepisse censeatur, iusque habeat ad indulgentias illud ferentibus concessas, an vero absque indulgentiarum dispendio possit omitti, praesertim in morbis, aliove urgenti casu?

« EE. PP. die 20 iulii 1868 recripsere:

« Ad 1m affirmative, ita tamen ut primum scapulare, quod deinceps adscriptus induere debet, sit benedictum.

« Ad 2m Tam ad primam quam ad secundam partem proferenda esse verba, quae sunt substantialia, ad formam decreti huius S. C. diei 24 Augusti 1844, quod sic se habet: An rata sit fidelium adscriptio Confraternitati B. M. V. de Monte Carmelo, quae fit a sacerdotibus quidem facultatem habentibus, non servata tamen forma in Rituali et Breviario Ord. Carmelitarum descripta? S. C. respondit: Affirmative, dummodo sacerdotes facultatem habentes non deficiant in substantialibus, nempe in benedictione, et impositione habitus, ac in receptione ad Confraternitatem ».

Sacra Penitenzieria Apostolica

I.

Se i Prelati Regolari, con dignità quasi-episcopale, possano designare la propria Chiesa per l'acquisto del Giubileo.

E.me et R.me Domine

Frater Stanislaus, Procurator Generalis Ordinis Cisterciensis, Recentioris Reformationis B. M. de Trappa, Sanctae Poenitentiariae declarationem super sequenti Dubio humillime postulat:

Utrum Abbates et Praelati Regulares, utpote jurisdictionem quasi-episcopalem in subditos intra septa sui respective Monasterii habentes, Ecclesiam seu Oratorium Monasterii proprii suis subditis visitandum designare valeant ad lucrandam Iubilaei Indulgentiam?

Sacra Poenitentiaria ad propositum Dubium respondet:

Negative. Datum Romae in Sacra Poenitentiaria die 15 Decembris 1886.

R. *Card.* Monaco P. M.

Hip. *Can.* Palombi S. P. *Secr.*

II.

Nuova conferma sulla Comunione quotidiana delle Religiose.

Franciscus Eduardus Hasley Archiepiscopus Cameracen in Galliis ad S. V. pedes devotissime provolutus, humiliter postulat sententiam circa sequentem difficultatem.

Moniales e S. Clara seu *Collettinae*, et quaedam aliae, Superiorum ecclesiasticorum auctoritate fultae, omnes quotidie sacra communione reficiuntur, licet juxta Regulas et Theologorum multorum decisiones pro aliquibus tantum et in quibusdam circumstantiis talis et tanta gratia reservari debeat. Sed multum dolebunt piae Sorores quae hanc consuetudinem summo aestimant pretio — Quid agendum?

Sacra Poenitentiaria, matureratis expositis, respondet—*Laudabilem esse consuetudinem monialium quotidie ad Sacram Communionem accedendi: Spectare autem ad Confessarium id singulis permittere juxta regulas a probatis auctoribus traditas, et praesertim a S. Alphonso M. de Ligorio.*

Datum Romae in S. Poenitentiaria die 19 Decembris 1886.

R. *Card.* Monaco P. M.

Hip. *Can.cus* Palombi *Secr.*

III.

Un caso di coscienza per la Francia circa il divorzio (1).

Mulier, vi sententiae separata a marito quoad torum, vellet ad vitam sustendandam quoddam publicum munus suscipere. Sed gubernium id non sinit nisi petat divortium. Ipsa petere vellet, sed, in sua intentione, semper salvo ligamine. Parochus qui est et illius Confessarius petit num admitti possit ad Sacramenta, et lumen seu consilium circa reliqua, ut infra.

Sacra Poenitentiaria, mature perpensis expositis, Confessario oratori respondit:

Mulieri poenitenti, in casu, nihil aliud esse consulendum, nisi ut a petendo divortio sub gravi se abstineat.

Datum Romae in Sacra Poenitentiaria, die 5 Ianuarii 1887.

R. *Card.* Monaco P. M.

I VOTI SEMPLICI IN RELIGIONE

Sommario—I voti semplici, creazione dei tempi nostri—2. Cenno storico dello stato religioso—3. Origine dei voti semplici—4. Congregazioni presenti di voti semplici—5. Argomento della trattazione.

1. I voti semplici in religione possono bene dirsi creazione dei tempi nostri, e mostrano come la Chiesa, costante sempre ed uniforme nei suoi dogmi, non è restia di variare la disciplina secondo l' esigenze e le circostanze dei tempi.

c) Sopratutto quando il defloratore promise il matrimonio, non è più in sua potestà di resilire: « Optio aut dotandi aut nubendi defloratam virginem non datur, quoties, prout hic, ex parte viri ineundi coniugii praecessit promissio: tunc siquidem, quemadmodum mulier tradendo corpus suum ex parte sua contractum implevit, atque perfecit, ita vir ab illo resilire non potest, sed praecisam obligationem habet polliciti matrimonii servare fidem, ut ad *Text.* in *cap. 1 De adult. et stup.* unanimi sensu firmant Pont. *De matrim. lib. 1 cap. 2, n. 3 ;* Sanchez eod. tract. lib. 1., disp. 9, n. 3 et Rota centies » Così la S. Rota (*in Constantien Sponsalium coram E.mo Matthaejo diei 7 iulii 1751* ap. Cosci).

d) Nondimeno fa d' uopo considerare che negli sponsali la volontà dee manifestarsi con parole chiare, che indicano l'obbligazione che si contrae. Perciò insegna la S. Rota (*coram Lametta in Baren. Sponsalium 26 iun.1711*): « Minus efficacem voluntatem secumferunt verba, de quibus iidem testes deponunt *che voleva sposare, che ci andava a fine di matrimonio ecc.*—eo quia non indicant illum consensum volitum de praesenti, sed solum ostendunt quoddam desiderium sponsalia contrahendi, adeo ut ex isto praecisa obligatio ad effectum coactionis nullatenus orta dici possit, ad tradita per Sperell. *dec. 95 n. 10 ;* Panimoll. *dec. 23, n. 6 ;* Rota dec. 267, n. 5, *part. 18 recent.*, ex solida ratione, quia maximum intercedit discrimen inter promissionem desponsandi et ipsamet sponsalia, Sanchez *De matrim. lib. 1. disp. 18, n. 13.* »

e) È mestieri altresì, nelle illecite relazioni, vedere con quale animo l'uomo promette il matrimonio ; giacchè se lo fa per giuoco, o per inganno (laddove sia facile intendersi questo inganno, come avviene per ordinario quando uno di alta condizione presuma di adescare con promessa di matrimonio una donzella del volgo), non si può ciò ritenere come vera promessa. Si ascolti il Cosci *(De sponsal. V. VIII n. 63)*: « Neque probasse sufficit, quod stuprator dixerit se velle cum stuprata matrimonium inire: haec etenim verba ioci potius, et amoris causa, quam animo se obligandi prolata censentur, Jas. in *leg. 1* § *Si quis ita num. 21 ff. de pact.* Ricciardell. in *Licaeo eccles. cap. 9* § *1 sect. 8 n. 96*, et importare tantummodo possunt quamdam velleitatem sponsalium de futuro, seu nudam et simplicem praeordinationem ac voluntatis dispositionem defloratoris desponsandi defloratam, ex qua neutiquam constabiliri valet consensus adeo certus et deliberatus ut sponsalia dicantur perfecta ».

f) Allorchè abbiano a temersi odii e dissensioni fra gli sposi, od altre conseguenze gravemente sinistre, gli sponsali possono risolversi, se non altro, con dispensa del Rom. Pontefice. Ecco di nuovo come parla il Cosci (*l.c. n. 203*): « In eo etiam durissimo casu, quo fuerat mulier praeviis sponsalibus a promissore violata, pluribus subsequentibus annis cum illo versata, et plures ex eius concubitu conceperat et pepererat filios, quod non esset cogendus nihilominus deflorator ad nuptias, quia subortis inter sponsos odiis et malevolentiae seminibus, merito metuendum erat, ne coniugium parum felicem exitum haberet, obsequendo ex hac ratione sacris canonibus in iudicando tenuit Rota, ac ut a nuptiis abstineret viro permisit. Ciarlin. *Contra foren. lib. 2, cap. 174.*»

g) Sopratutto può farsi ciò quando uno degli sposi abbia contratto il vincolo civile con altri. In tal caso il matrimonio fra i legittimi sposi renderebbesi funesto, sì perchè non sarebbe garentito dalle leggi civili, e sì perchè gli effetti civili andrebbero tutti a vantaggio del contratto civile, con gravissimo danno della sposa e dei figli legittimi. È questa una delle più gravi cause per ottenersi la dispensa dagl' impedimenti dirimenti (V. Istruz. di Propaganda Fide del 9 Maggio 1877—*Mon. Eccl.* Vol. I p. 316); molto più poi per otte-

nersi la dispensa dagli sponsali (V. *Mon. Eccl.* Vol. III, Par. I p. 67; Par. II p. 33 e 106; Vol. IV Par. I pag. 244).

h) Nel caso vi era il vincolo civile con altra, ed oltre a questo (messo pure che si potesse ottenerne da' tribunali la dichiarazione di nullità) vi era l'avversione di animo contro la prima sposa, e il grave timore di odii e di dissensioni. Perciò giustamente la S. C. ha rescritto per la dispensa dagli sponsali, coll' obbligo al defloratore di indennizzare la donna.

III.

Dispensa dalla irregolarità, di un sacerdote per l'amputazione della mano sinistra.

Ventimilien. Dispensationis ab irregularitate—20 Agosto 1887—*Per summaria precum*—Francesco Gandolfi prete della Missione, oriundo della Dioc. di Ventimiglia, trattando alcuni mesi or sono un fucile, sgraziatamente nello esploderlo n'ebbe rotta la canna, e gli fu sì gravemente ferita la mano sinistra, che, per consiglio dei medici, la si dovette amputare. Rimasto irregolare, si rivolse alla S. Sede, chiedendo la grazia della dispensa.

Il maestro di cerimonie, cui fu rimesso l'esame, nella prova pel S. Sacrifizio, lo trovò atto a compiere le cerimonie principali coll' aiuto della mano finta: solo nol trovò idoneo a ben prendere, sollevare, dividere la santa ostia con una sola mano, a tenerla sulla patena nell' atto di battersi il petto recitando *Domine non sum dignus*, e in altre piccole cose.

La S. C. considerando:

a) Che ne' Capi 1, 2 e 6 *De corp. vitiat.* e nel cap. *Ex parte De cler. aegrot.* vien prescritto che nessun chierico venga ammesso all'esercizio dei sacri ordini quando qualche difetto di corpo lo impedisca di compiere onestamente e con decoro, e senza ammirazione del popolo, le sacre funzioni;

b) Che non sempre la S. C. ha soluto concedere dispense da questo impedimento: così *in Mediolanen.* 18 apr. 1863 al sac. Decio, cui venne amputata la mano sinistra, fu risposto: *Non expedire;* così pure *in Abellinen* 7 et 28 iul. 1770, *in Augustana* 10 dec. 1772, *in Firmana* 24 mai. et 14 iun. 1823;

c) Che, d' altra parte, ha talvolta benignamente dispensato, come *in Litomericen.* 24 sept. et 17 dec. 1864, trattandosi di un sacerdote che avea perduta pure la mano sinistra, la S. C. rescrisse: « Dummodo adsit populi necessitas et celebret cum adsistentia alterius sacerdotis vel diaconi, pro gratia, remittenda arbitrio Episcopi etc. »; così pure *in Brixien.* 12 sept. 1868, *in Tortonen.* 18 iun. et 19 dec. 1868, *in Utinen.* 8 iul. 1865 et 10 mar. 1866;

d) Che anzi in taluni casi anche più duri la S. C. è stata indulgente, come *in Panormitana*, in cui, riguardo ad un sacerdote sessagenario, mutilato dell'intero braccio sinistro fino al cubito, fu risposto: « Consulendum SSmo pro gratia dispensationis et rehabilitationis, cum conditione celebrandi in oratorio privato digitalibus aureis vel argenteis, quae, expleto sacrificio, reverenter reponantur, ac praeterea quolibet anno renovandi experimentum coram sacrarum caeremoniarum magistro... ita ut si orator in aliquo deficiat reincidat in irregularitatem, et ad S. Congregationem recurrere iterum teneatur »; — e in altro simile caso *in Bergomen.* 27 nov. 1858, la S. C. rescrisse: « Dummodo celebret (orator) in oratorio privato, et, si Episcopo videatur, cum adsistentia alterius sacerdotis aut diaconi, pro gratia dispensationis super enunciata irregularitate et rehabilitationis ad SS. missae sacrificium, delato manipulo super brachio fictitio »; — e così pure in *De Linares* 8 iul. 1865, *in Samogitien. seu Cadurcen.* 22 sept. etc.

e) Che nel caso trattavasi di un sacerdoto sessagenario, il quale avea spesa la vita nelle apostoliche fatiche, commendato pure dal suo Vescovo;

Per tutte queste ragioni, la S. C. il dì 20 agosto 1887 benignamente rescrisse:

Dummodo orator celebret, quatenus Episcopus in Domino opportunum iudicaverit, in oratorio privato, et cum adsistentia alterius sacerdotis aut diaconi, pro gratia dispensationis et rehabilitationis ad sanctae missae sacrificium, arbitrio et conscientia Episcopi, facto verbo cum SSmo.

IV.

D'un'ipoteca che vorrebbesi gravare su fondi beneficiali, riscattati dal demanio italiano.

Firmana, Hypothecariae cautionis—20 Agosto 1887—*Per summaria precum*—Soppresso, in forza solo delle ultime leggi d'Italia, il capitolo collegiale di S. Michele Arcangelo nella città di F., i cui beni erano tutti di diritto patronato, i conti G. che vantavano questo diritto sulla terza parte dei prefati beni, che ascendeva a L. 33, 000, li redensero con venia Apostolica dal governo, con gran dispendio, a causa di una lite intentata loro dal fisco, ed ottennero dalla S. Sede di ritenerli in amministrazione a loro profitto fino a rivalersi di tutto il sofferto dispendio.

Di presente non vivono che due soli fratelli G. dei quali uno prete e canonico di detta Chiesa, e l'altro, padre di numerosa prole, decaduto dal suo stato. Questi volendo educare i suoi figli e non avendo mezzi, ricorse ad un debito della somma di L. 4, 000, che non gli si volle mutuare se non colla iscrizione ipotecaria sui detti beni riscattati dal governo. Prima però, pio e religioso com'era, volle richiederne la venia apostolica; e stante l'annuenza del fratello e di due altri canonici che sopravvivono del capitolo, e stanti i buoni officii dell'Arcivescovo, benchè non fosse stato udito il patrono del resto di quei beni, ch'era il popolo (non riputandosi espediente mettere in pubblico le strettezze familiari dell'oratore), la S. C. il dì 25 gennaio 1883 rescrisse per la grazia, *facto verbo cum SSmo*.

Ora intanto il medesimo conte, avendo bisogno dell'altra più grave somma di L. 6, 000 che pur volea mutuare colla garenzia di quei beni, si rivolse di nuovo alla S. Sede chiedendo come prima la venia necessaria, per non cadere nella censura del Tridentino (*Sess. 22 cap. 11 de ref.*).

Ma la S. C., considerando che per siffatto nuovo peso sui beni di quel capitolo, dovrebbesi differire in lungo la nomina e la istituzione dei novelli canonici, non ostante la commendatizia dell'Ordinario, il dì 20 agosto, esaminata accuratamente la petizione, rispose: *Non expedire.*

V.

Di un fondo beneficiale, riscattato dal governo italiano e dato in enfiteusi senza venia apostolica.

Tranen. Canonis emphyteutici et absolutionis—20 agosto 1887—*Per summaria precum*—Giuseppe L. in Diocesi di Trani legò un fondo sativo di 174 are al clero della sua patria, con condizione che si dovesse concedere per sacro patrimonio al suo nipote L. laddove ascendesse ai sacri ordini o a chiunque della sua discendenza maschile volesse addirsi al santuario: in loro mancanza concedevalo al Capitolo.

Volle però che sul detto fondo gravassero questi pesi: una messa solenne nel giorno anniversario della sua morte, e del resto della rendita, tante messe a L. 1, 27 quante se ne potessero celebrare, applicandosene 10 in suffragio dell'anima di sua moglie.

Il nipote L. si affrettò di ottenere gli ordini sacri, si mise in possesso del fondo e cominciò adempirne i pesi. Venute intanto le infauste leggi eversive, come il primo chiamato nel beneficio, ne affrancò il fondo dal governo, e lo ritenne come cosa sua. Anzi con pubblico istrumento lo concesse in enfiteusi ad un suo fratello per l'annuo canone di L. 115.

Ora volendo mettere in regola le cose sue, supplicò alla S. Sede come segue:

« 1. Che gli sia concessa una sanatoria generale pel male operato con la cessione del fondo legato *ad pias causas* con l'annuo canone di L. 115;

« 2. Che, a quiete di coscienza, gli venga designato a chi, a morte di lui, legarsi il canone delle L. 115, se alla parrocchia o ad altro ente riconosciuto, salvo in prosieguo a rassegnarsi detto canone a beneficio di qualche discendente, se vi fosse, giusta le condizioni del testatore;

« 3. Che, avuto riguardo al bene che il testatore intendeva procurare al nipote, nonchè alla tassa diocesana per la limosina della messa, e al rincaro dei viveri, gli venga ridotto e fissato, vita sua naturale durante, un numero ristretto di messe in suffragio tanto del testatore che della consorte ancora; e da a-

vere vigore tale beneficio dallo scorso mese di agosto ».

L'Ordinario commendò la istanza, e la S. C. maturamente considerata la cosa, il dì 20 agosto 1887 rescrisse:

Praevia absolutione a censuris, imposita ab Ordinario salutari poenitentia, pro gratia sanationis contractus emphyteutici, et reductionis onerum iuxta eleemosynam manualem in dioecesim usu receptam, facta oratori obligatione assignandi illico et immediate canonem paroeciae, servata tamen in omnibus lege fundationis, facto verbo cum SSmo.

Donde i corollarii:

a) Il fondo di un beneficio, tuttochè rinfrancato dal governo, non è del patrono, ma della Chiesa: il patrono può solo ottenere di potersi indennizzare delle spese fatte per l'affrancamento.

b) Un patrono che alienasse i fondi del beneficio, oltre la scommunica maggiore riservata al Papa, incorrerebbe la perdita del suo diritto di patronato (Trid. Sess. 22 cap. 11 de ref.).

c) Il mezzo più sicuro di conservare ad un Capitolo civilmente soppresso qualche fondo che gli appartiene, si è quello d'intitolarlo alla Parrocchia, ente conservato: il parroco pro tempore farà dichiarazione in Curia di applicarne le rendite secondo la primitiva fondazione, e dell'adempimento ne darà conto al Vescovo.

Sacra Congregazione delle Indulgenze

I.

Intorno al dare ad altri gli oggetti con indulgenze; sulla determinazione del tempo per acquistarle; e sulla traslazione delle medesime.

Plurium Dioecesium, Dubia varia — 16 Jul. 1887 — E pluribus Dioecesibus ad hanc S. Congregationem Indulgentiarum et SS. Reliquiarum sequentia dubia dirimenda trasmissa sunt:

I. «Utrum Decretum Alexandri Papæ VII diei 6 Februarii 1657, et aliud Decretum S. Congregationis Indulgentiarum et SS. Reliquiarum diei 23 Februarii 1711 sint authentica? (1)

II. « An amittant Indulgentias Cru-
« ces, Coronae, Rosaria, Statua eetc.
« quæ ante omnem usum, ab una, dein-
« de in aliam, tertiam et quartam quo-
« que manum transierint?

III. « An 1°) res Indulgentiis ditatae
« tradi debeant fidelibus omnino gratis;
« ita ut 2°) si aliquid quocumque titulo
« sive pretii, sive permutationis, sive
« muneris, sivè eleemosynae requiratur,
« vel accipiatur, Indulgentiae ex hoc
« amittantur?

---

(1) Ecco il tenore dei citati documenti:

« Romana. Solent nonnulli in his Urbis locis in quae rustici plerique operam locaturi turmatim conveniunt, christianae fidei rudimenta tradere: inter alia vero, quibus homines ad pias cohortationes audiendas divinorumque praeceptorum explicationem percipiendam alliciunt, sacris quibusdam munusculis utuntur; frequentissime vero numismata illa distribuunt, quibus SSmus D. N. Pontificiam benedictionem impertitus est. Non raro autem accidit, ut rustici, qui semel sacrum numisma susceperunt, concionibus deinde adesse recusent, id in causam afferentes, quod datum sibi numisma sufficiat, nec alia, quae sibi tradenda essent, distribuere valeant: norunt enim, quod, si prædictum numisma ab alio acceptum alteri tradatur, indulgentia careat. Quapropter illi, quibus maxime cordi est catechismi opus uberrimo sane animarum fructu susceptum, in dies magis magisque prosequi, aegre ferentes, plures ea de causa christianae doctrinae pabulo destitui, humiliter petunt ab hac Sacra Congregatione declarari, " an ratione fieri possit, " quod rustici, quibus ab Oratoribus numis- " mata traduntur, eadem suis aut consangui- " neis aut amicis absque indulgentiae detri- " mento deferre valeant? „ Verba formulae, quibus statuitur, ut numismata aliis tradita indulgentiis careant, sunt quae sequuntur: " In " distribuendis hujusmodi coronis, crucibusque " etc. eorumque usu SSmus servari jubet de- " cretum fel. rec. Alexandri VII editum sub " die 6 Februarii 1657, nimirum, ut coronae, " cruces, rosaria, numismata, quae vulgo me- " daglie nuncupantur, et sanctae imagines " cum praefatis indulgentiis benedictae, non " transeant personam illorum, quibus a San- " ctitate Sua concessae sunt, aut quibus ab " his prima vice distribuuntur, neque commo- " dari aut precario dari possunt, alioquin ca- " reant indulgentiis jam concessis. „

Sacra Congregatio propositae quaestioni: " Quid humillimae Oratorum petitioni respon- " dendum sit? „

Die 19 Januarii 1711 respondit:

" Servetur formula decreti fel. rec. Alexandri PP. VII. „

Eadem re iterum proposita Sac. Congregatio die 23 Februarii 1711 respondit:

Negative.

IV. « Die 12 Ianuarii 1878 resolutum « fuit a S. Congregatione Indulgentiarum et SS. Reliquiarum quod, nisi « aliud expresse habeatur in Indultis, « Indulgentiae lucrandae incipiant non « *a primis vesperis* sed *a media nocte ad* « *mediam noctem*. Iam vero quaeritur « an hoc ita stricte intelligendum ve- « niat, ut non incipiant nisi *a media* « *ad mediam noctem* etiam illae Indul- « gentiae lucrandae in festis, si in ea- « rum concessionibus non addatur clau- « sula *a primis vesperis ?* »

V. « Generali Decreto S. Congregatio- « nis Indulgentiarum et SS. Reliquia- « rum die 9 Augusti 1852 sancitum est, « ut fiat translatio Indulgentiarum, si « fiat solemnitatis et externae celebra- « tionis translatio. Iam quaeritur 1.°) « utrum illud Decretum valeat non so- « lum ubi agitur de Indulgentiis conces- « sis omnibus et singulis Christifideli- « bus, sed et ubi agitur etiam de Indul- « gentiis impertitis Confraternitatibus, « Sodalitatibus, piis Unionibus etc. 2.°) « utrum valeat si agitur de festi transla- « tione perpetua, sive tantum de festi « translatione accidentali, quæ hoc vel il- « lo anno fit propter occurrentiam alte- « rius festi maioris ritus vel dignitatis; « 3°) utrum valeat sive translatio fiat « in tota Ecclesia, sive tantum in tota « dioecesi, sive etiam solummodo in una « vel altera particulari ecclesia dioecesis; « 4°) quid proprie intelligatur nomine « solemnitatis et externae celebrationis festi ? »

VI. « Utrum qui habet facultatem be- « nedicendi Cruces, Rosaria etc. eisque « applicandi Indulgentias, etiam pro « seipso Cruces et Rosaria benedicere « queat, hisque utendo sibi quoque In- « dulgentias lucrari possit ? »

VII. « An is qui habet facultatem ad- « scribendi socios in aliquam Confrater- « nitatem, vel piam Associationem, se- « ipsum illi adscribere valeat, ita ut « possit Indulgentias, quae eidem ad- « nexae sunt, lucrari ? »

Et Emi ac Rmi Patres rescripserunt in Generalibus Comitiis habitis apud Vaticanum die 25 Iunii 1887:

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative.*

Ad III. *Affirmative ad utramque partem.*

Ad IV. *Standum terminis concessionis.*

Ad V. *Non indigere responsione.*

Ad VI. *Affirmative.*

Ad VII. *Affirmative, quatenus haec facultas habeatur* indiscriminatim, *minime vero* taxative, *uti in una Camera censi 7 Martii 1840.* (1)

Facta vero de iis omnibus relatione in Audientia habita ab infrascripto Secretario die 16 Iulii 1887, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII responsiones Patrum Cardinalium approbavit.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum et SS. Reliquiarum die 16 Iulii 1887.

Fr. Thomas M.ª *Card.* Zigliara, *Praefectus.*

Alexander *Episc.* Oensis, *Sec.*

II.

Se possano ascriversi al Terz'Ordine francescano religiosi di altri istituti, di voti sì perpetui, come temporanei.

Veronensis. De adscriptione sodalium institutorum religiosorum tertio Ordini saeculari S. Francisci Assisiensis—16 Iul. 1887— Divina charitate ac animarum zelo succensus S. Franciscus Assisiensis praeter primum et secundum Ordinem Minorum Claustralium, tertium quoque Ordinem instituit pro personis in saeculo degentibus, ut et ipsae pro sui status conditione ad tramitem consiliorum evangelicorum vitam componerent.

Innumera vero virtutum ac pietatis monumenta, quae per tot saecula Christifideles in Tertium Ordinem adsciti reliquerunt, nec non recentius aucta erga seraphicum Patrem devotio, causa fuere cur etiam religiosorum Institutorum sodales eidem Tertio Ordini adscribi expetiverint; et iam inde ab anno 1869 sub die 3 Maii Ministro Generali totius Ordinis Minorum tributa est facultas recipiendi in Tertium Ordinem Franciscalem alumnos supradictorum Institutorum, eisdem quoque concesso ex Brevi 7 aprilis 1876 speciali privilegio visitandi Ecclesiam vel Sacellum proprii Instituti, quoties ad lucrandas Indulgentias visitanda foret Ecclesia primi vel secundi Ordinis Seraphici.

---

(1) Vedi *Mon. Eccl.* Vol. I, pag. 557. n. 4.

Quamvis autem SSmus Dominus Noster Leo Papa XIII edita Constitutione Apostolica « Misericors Dei Filius » die 30 Maii 1883 eiusdem Tertii Ordinis legem novaverit, attamen quum nihil omnino mutatum, immo integrum permanere voluerit quod attinet ad praefati Tertii Ordinis, qui saecularis dicitur, naturam, dubium oriebatur, an alumni religiosorum Institutorum, quibus singulari Dei munere datum est nuncupatis votis ad perfectiorem vitam contendere, amplecti quoque valerent Institutum Tertii Ordinis saecularis S. Francisci.

Quare Emus et Rmus Episcopus Veronensis, instantibus nonnullis e sua Dioecesi confessariis, ad omnem in hac re haesitationem e medio tollendam, S. Congregationi Indulgentiarum sequentia dubia dirimenda proposuit:

I.m *Utrum omnes utriusque sexus qui sunt membra alicuius religiosi Instituti, vel Congregationis, aut a Summo Pontifice aut ab Episcopo approbatae, in qua vota emittuntur sive perpetua sive ad tempus, possint adscribi in Tertium Ordinem S. Francisci Assisiensis.*

Et quatenus *Affirmative*,

II.m *Quibus conditionibus id illis liceat?*

Emi et Rmi Patres responderunt in Generalibus Comitiis apud Vaticanum habitis die 25 Iunii 1887:

Ad I.m *Negative*, *facto verbo cum Sanctissimo.*

Ad II.m *Provisum in primo.*

Facta vero de iis omnibus relatione in Audientia habita ab infrascripto Secretario die 16 Iulii 1887, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII Patrum Cardinalium responsiones ratas habuit et confirmavit.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae die 16 Iulii 1887.

Fr. Thomas *M. Card.* Zigliara, *Praefectus.*

Alexander *Episc.* Oensis, *Sec.*

III.

Come debba intendersi la facoltà che hanno i Vescovi di nominare i parroci pro tempore *a rettori di confraternite.—Se i detenuti, gl'infermi, e gl'impediti per ogni altra giusta causa, sieno dispensati dalle visite alle chiese ingiunte per l'acquisto delle indulgenze.—Se sia sempre necessario, per tale acquisto, che i nomi dei congregati vengano segnati nei registri.*

Societatis Iesu, de Confraternitatibus. —16 Iul. 1887—Tres quaestiones huic S. Congregationi Indulgentiarum et SS. Reliquiarum dirimendas proposuit Procurator Generalis Societatis Iesu, quae plura dubia complectuntur. Prima quaestio proposita est de facultate Episcoporum quoad designationem Rectorum Confraternitatum, seu Sodalitatum, quarum statuta generatim ferunt ut singulis annis, sicut coeterorum officialium, ita et Moderatorum fiat electio. Quamvis vero haec S. Congregatio, edito generali decreto sub die 8 Ianuarii 1865, declaraverit impertitam esse facultatem Ordinariis ut libere designare possent, si ita in domino expedire iudicaverint, parochos *pro tempore* in Rectores, Moderatores Confraternitatum, seu Sodalitatum, dubitatum tamen est a nonnullis, an facultas nominandi parochos *pro tempore* ita sit intelligenda, ut defuncto actuali parocho, vel etiam amoto, qui Moderator erat alicuius Confraternitatis, vel Sodalitatis in parochiali Ecclesia erectæ, novus parochus iterum indigeat Episcopi nominatione, ut Rector Confraternitatis seu Sodalitatis eligatur.

Altera quaestio respicit generale decretum editum a f. r. Clemente XIII sub die 2 Augusti 1760, quo benigne concesserat ut confratres et consorores uniuscuiusque Confraternitatis, seu Sodalitii aut Congregationis, ubique locorum existentis, canonice erectae, aliqua corporis infirmitate laborantes, aut carceribus detenti, eisdem omnibus et singulis Indulgentiis, quibus ceteri gaudent confratres et consorores, gaudere valerent, dummodo loco visitationis Ecclesiae, fere semper praescriptae, alia pia opera iniuncta peregerint, quae pro viribus peragere possent, simulque indulgebatur hanc gratiam suffragari in perpetuum, et ad preces cuiuscumque Sodalitii, Confraternitatis, seu Congregationis concedi. Iam vero quum a S. Congregatione Indulgentiarum quaesitum fuerit anno 1887: « U- « trum confratres et consorores cuius- « cumque Confraternitatis tunc existen-

« tis facultate in Decreto *(Clementino)* « concessa gaudere possint et valeant, « sine recursu ad S. Sedem, vel ad hoc « dictus recursus sit necessarius ex ver- « bis sequentibus (*praefati*) decreti, vo- « luitque Sanctitas Sua hanc gratiam... « ad preces cuiuscumque Sodalitii con- « cedi-?. », *et S. Congregatio respondis- set*: « Negative ad primam partem; Af- « firmative ad secundam, et ad mentem: « mens est supplicandum SSmo ut per De- « cretum Generale extendatur ad omnes « confratres cuiuscumque Confraternita- « tis, aut Sodalitii Indultum lucrandi « singulas Indulgentias exercendo opera « quae pro viribus peragere poterunt; » pariter dubitatum est an illud *Generalem Decretum*, quod ab hac S. Congregatione evulgandum postulabatur, et tamen evulgatum non existit, necessario adhuc requiratur, quum aliunde in decreto diei 25 Februarii 1877 espresse dicatur Summum Pontificem expetitam gratiam concessisse, absque ulla mentione generalis decreti evulgandi.

Postrema demum quaestio mota est de necessitate inscribendi nomina confratrum in libro Confraternitatis, seu Sodalitii, praesertim si agatur de Sodalitiis, seu Confraternitatibus, in quibus etsi ritus adhibeatur in receptione confratrum et consororum, earumdem tamen statuta inscriptionem minime requirunt, saltem explicite, uti conditionem essentialem pro lucrandis Indulgentiis.

Quare dubia solvenda haec sunt:

« I. An, stante Decreto diei 8 Ian. « 1861 quo Episcopis speciales conces- « sae sunt facultates nominandi paro- « chos pro tempore in Rectores sodali- « tatum, defuncto actuali parocho vel « amoto, qui alicui Sodalitati praeerat, « novus parochus nova iterum indigeat « Episcopi nominatione ad hoc ut Re- « ctor Sodalitatis eligatur ?

« II. Quum in Decreto diei 25 Februa- « rii 1877 in responsione ad 1. sermo « sit de Generali Decreto vulgando in « favorem omnium confratrum cuius- « cumque Confraternitatis, quumque De- « cretum huiusmodi vulgatum non fue- « rit, quaeritur-1.) an haec concessio « nunc reapse valeat pro omnibus Con- « fraternitatibus seu Sodalitiis, aut Con- « gregationibus sine speciali recursu cu- « iuscumque Confraternitatis seu Soda- « litii ad S. Sedem, qui antea require- « batur? Et quatenus affirmative-2.) u- « trum valeat tantum pro confratribus « infirmis, vel carceribus detentis, de « quibus solis primaeva concessio Cle- « mentis Papae XIII loquebatur?-an.3.) « etiam extensa sit ad confratres gravi « alia ex causa legitime impeditos? Et « quatenus negative ad tertiam partem- « 4.) humiliter ea extensio nunc petitur.

« III. Utrum-1.) concessio supradicta « valeat tantum pro iis confratribus, qui « impediti sunt quominus praescriptam « ecclesiae visitationem peragere pos- « sint - 2) an vero etiam pro illis qui « prohibentur quominus aliquam aliam « conditionem ad lucrandas Indulgentias « praescriptam impleant.

« IV. Utrum in iis Sodalitiis, quae « solemnem aliquem receptionis ritum « adhibent (ut Congregationes B. Ma- « riae Virginis) confratres hoc solemni « modo a legitimo Sodalitatis Praeside « recepti lucrari possint Indulgentias, « licet in libro Sodalitatis non inscri- « bantur? »

« V. Utrum generatim inscriptio sit « omnino necessaria ad lucrandas In- « dulgentias, etiamsi statuta Confra- « ternitatis, Congregationis vel piae U- « nionis non explicite requirant inscri- « ptionem tamquam conditionem essen- « tialem? »

Et E.mi ac R.mi Patres in Generalibus Comitiis ad Vaticanum coadunatis die 25 Iunii 1887 rescripserunt:

Ad 1. *Negative.*

Ad 1.am partem dubii II: *Affirmative, et supplicandum Sanctissimo pro promulgatione Decreti iuxta resolutionem S. Congregationis diei 25 Februarii 1877.*

Ad 2.am partem: *Affirmative.*

Ad 3.am partem: *Negative.*

Ad 4.am partem: *Supplicandum Sanctissimo pro benigna extensione ad alia legitima impedimenta iudicio discreti confessarii dignoscenda, commutato tamen ab eodem confessario opere iniuncto visitationis ecclesiae in aliud pium opus.*

Ad 1.am partem dubii III: *Affirmative.*

Ad 2.am partem: *Negative.*

Ad IV. *Negative si agatur de Confraternitatibus proprie dictis.*

Ad V. *Provisum in praecedenti.*

De quibus omnibus facta per infra-

scriptum S. Congregationis Secretarium relatione die 16 Iulii 1887, Sanctitas Sua responsiones Em.orum Patrum confirmavit, simulque mandavit expediri Decretum de quo in prima parte dubii secundi, et benigne concessit petitam extensionem iuxta modum expressum in responsione ad quartam partem eiusdem.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae die 16 Iulii 1887.

Fr. Thomas M. *Card.* Zigliara
Praefectus

Alexander *Episcopus* Oensis
Secretarius

IV.

Decreto generale ch' estende a tutte le Confraternite la dispensa dalle visite alle chiese, trattandosi di detenuti o d'infermi.

Decretum — 20 Aug. 1887 — Inter pia opera quae ad lucrandas Indulgentias praescribi solent, potissimum recensenda est visitatio alicuius Ecclesiae vel etiam publici Sacelli. Iam vero Clemens fel. rec. Papa XIII, valde cupiens spirituali bono prospicere confratrum et consororum Confraternitatum vel Sodalitatum sive Congregationum ubique locorum existentium, et auctoritate Ordinariorum erectarum, benigne indulserat sub die 2 Augusti 1760, ut earumdem confratres et consorores aliqua corporis infirmitate laborantes vel carceribus detenti eisdem omnibus et singulis Indulgentiis, quibus gaudent ceteri confratres et consorores, gaudere possent, ita tamen ut, omissa visitatione Ecclesiae, alia pia iniuncta opera, quæ pro viribus peragere possent, fideliter ac devote exequerentur; quam gratiam idem Summus Pontifex mandaverat ad preces cuiusque Confraternitatis seu Sodalitatis vel Congregationis concedi.

Quum vero anno 1874 sub die 8 Maii Emi Patres Indulgentiis Sacrisque Reliquiis tuendis praepositi, in generalibus Comitiis apud Vaticanum habitis, proposito dubio, an adhuc requireretur recursus ad Apostolicam Sedem uniuscuiusque Confraternitatis seu Sodalitatis vel Congregationis, ut earumdem confratres et consorores Clementino Indulto perfrui valerent, in affirmativam iverint sententiam, simulque censuerint supplicandum SSmo, ut per Decretum generale praefatum Indultum concederetur confratribus et consororibus omnium Confraternitatum, Sodalitatum seu Congregationum absque earumdem speciali recursu, Pius Papa IX sub die 25 Februarii anni 1877 petitam gratiam benigne elargitus est, nulla tamen facta speciali mentione de generali eiusdem Decreto evulgando, prout ab hac Sacra Congregatione postulatum fuerat. Ex quo nonnulli arbitrati sunt haudquaquam necessarium fore, ut singulae Confraternitates Sodalitates vel Congregationes hoc Indultum sibi peterent; alii vero huic sententiae minime acquiescentes denuo dubium proposuerunt; *An illa concessio (Indulti Clementini) nunc reapse valeat pro omnibus sine speciali recursu ad Sanctam Sedem, qui antea requirebatur?* Cui quidem dubio Emi Patres in generali Congregatione penes Aedes Vaticanas habita sub die 25 Iunii huius decurrentis anni, ad removendam omnem dubitandi rationem, rescripserunt: *Affirmative, et supplicandum Sanctissimo pro promulgatione Decreti iuxta resolutionem S. Congregationis diei 25 Februarii 1877.*

Quare de his omnibus, facta relatione SSmo Dno Nostro Leoni XIII in Audientia habita ab infrascripto Secretario eiusdem S. Congregationis, die 16 Iulii 1887, idem SSmus benigne declarari et decerni mandavit, prout praesenti Decreto declaratur et decernitur, memoratum Indultum Clementinum extendi ad omnes Confraternitates, Sodalitates et Congregationes, quin in posterum quaelibet Confraternitas, Sodalitas seu Congregatio opus habeat speciali recursu ad Sanctam Sedem, ut praefato Indulto perfrui valeat. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 20 Augusti 1887.

Fr. Thomas M^{a}. *Card.* Zigliara,
Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander *Episc.* Oensis, *Secret.*

Sacra Congregazione de' Riti.

Circa i suffragii dei Santi e la concorrenza di taluni officii.

Congregationis SS. Crucis et Passionis D. N. I. C. — 14 Maii 1887 — Hodiernus Redactor Kalendarii, in usum Congregationis SS. Crucis et Passionis D. N. I. C., de mandato R.mi Patris Praepositi Generalis eiusdem Congregationis, insequentia Dubia pro opportuna solutione Sacrae Rituum Congregationi humillime subiecit, nimirum:

Dubium I. An in suffragiis Sanctorum quae fiunt in semiduplicibus, commemoratio Sancti Fundatoris alicuius Religionis, quae fit a Regularibus, praecedere debeat commemorationem Sancti Titularis in Ecclesia?

Dubium II. An in iisdem Suffragiis quæ fiunt in Officio votivo Sanctorum Angelorum, commemoratio Sancti Michaelis Archangeli fieri debeat in iis locis ubi Sanctus Archangelus est Titularis Ecclesiae; et quatenus *Affirmative* quaenam Oratio est dicenda?

Dubium III. An infra Octavam privilegiatam quae admittit Festa Duplicia primae et secundae classis tantum recitari debeat nona Lectio Sancti, cuius Officium est simplex vel simplificatum?

Dubium IV. An quum Festum Patroni Principalis Civitatis vel Dioeceseos pluries in anno celebretur Regulares teneantur ad singula Officia vel ad unum tantum?

Dubium V. An ubi Ecclesia dicata est Iesu et Mariae faciendum est duplex Officium de Sanctissimo Nomine Iesu et de Nomine Mariae?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisitoque alterius ex apostolicarum Caeremoniarum Magistris voto, ita propositis Dubiis rescribendum censuit, videlicet:

Ad I. Negative.

Ad II. Negative.

Ad III. Negative, si infra Octavam privilegiatam fiat Officium de eadem Octava, vel de Dominica infra illam Octavam.

Ad IV. Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.

Ad V. Affirmative. Atque ita rescripsit et servari mandavit die 14 Maji 1887.

D. *Card.* Bartolinius S. C. *Praef.*
Laurentius Salvati S. C. *Secret.*

ISTRUZIONI E DICHIARAZIONI

CIRCA IL SACRAMENTO DELLA CRESIMA

I.

Sacra Congregazione di Propaganda fide

§ 1.

Se ai Sacerdoti che per indulto Apostolico possono amministrare la Confermazione, sia lecito far uso degli abiti episcopali.

Decretum — 21 Mar. 1774 — Referente R. P. D. Stephano Borgia Secretario, nonnullos Missionum Superiores, aliosque, quibus ab Apostolica Sede extraordinaria Sacramentum Confirmationis administrandi facultas conceditur, in illius administratione usos quandoque esse vestibus ac ornamentis Episcopalibus: Eminentissimi Patres declararunt, ac vigore praesentis Decreti declarant, nemini prorsus charactere Episcopali non insignito, vel cui alias usus Pontificalium ex vero legitimoque privilegio non competit, licuisse, vel licere in collatione Chrismatis adhibere Rochettum, Mitram, Baculum Pastorale, Annulum, vel Crucem pectoralem; statueruntque supplicandum esse Sanctissimo pro approbatione huius declarationis, necnon efformandam Instructionem pro simplicibus Sacerdotibus Confirmationem, ut supra, administrantibus.

Facta vero SSmo Domino Nostro Clementi PP. XIV per praefatum Dominum Secretarium in audientia die 3 Aprilis currentis supradictae Sacrae Congregationis sententiae relatione, Sanctitas Sua illam benigne approbavit, et ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari mandavit.

Datum Romae ex Aedibus dictae Sacrae Congregationis die 23 Aprilis 1774.

Ioseph Maria *Card.* Castelli *Praef.*
Stephanus Borgia *Secretarius.*

§ 2.

Istruzione per un semplice sacerdote, che amministra la Cresima per delegazione della S. Sede. (1)

Instructio — 4 Maii 1774 — Etsi, iuxta Sacrosancti Tridentini Concilii definitionem solus Episcopus sit Ordinarius huius Sacramenti minister (2), solet tamen quandoque iustis de caussis Sedes Apostolica simplici Sacerdoti, tamquam extraordinario ministro, facultatem tribuere illud conferendi (3).

Sacerdos igitur, cui facultas haec fuerit concessa, in primis curet apud se habere Chrisma, per Catholicum Antistitem cum eadem S. Sede communionem habentem confectum, ac sciat, sibi numquam licere (4) sine eo Confirmationem administrare, vel illud ab Episcopis haereticis, aut schismaticis recipere.

Animadvertat insuper, num in facultate sibi ab Apostolica Sede impertita alia etiam facultas expressa legatur, utendi scilicet Chrismate ante annum benedicto, alias eo non utatur, nisi forte in casibus necessitatis (5), cum a sacris canonibus id prohibitum sit (6).

Licet omni tempore administrari valeat confirmatio, congruum tamen est, ut præcipue in hebdomada Pentecostes, et circa horam tertiam, in qua Spiritus Sanctus illapsus est Apostolis, conferatur (7).

Quod ad aetatem Confirmandorum attinet, prae oculis habendum est Cathechismi Romani (8) monitum in haec verba: *Illud observandum est, omnibus quidem post Baptismum Confirmationis Sacramentum posse administrari, sed minus tamen expedite hoc fieri, antequam pueri usum rationis habuerint. Quare si duodecimus annus non expectandus videatur, usque ad septimum certe hoc Sacramentum differre maxime convenit.* Quod sane monitum in pueris benevalentibus locum habet. Nam, si agatur de eo, qui gravi morbo laboret, ex quo decessurus praevideatur, non solum prohibitum non est illi ante septennium sacrum Chrisma administrare, sed expedit, ut id fiat, unde ex hac vita demigrans maiorem gloriam, iuxta S. Thomae doctrinam (1), in coelis consequatur. Aliae insuper, iuxta probatam plurium Theologorum sententiam (2), esse possunt legitimae caussae antevertendi septennium in collatione huius Sacramenti, et praesertim, cum praevidetur futura diutina absentia Episcopi, vel Presbyteri, cui, ut supra, facta sit facultas illud administrandi, vel alia urget necessitas.

Ut Confirmandi, qui usum rationis habent, digne hoc Sacramentum recipiant, debent esse in gratia, et ideo conveniens valde est, ut illius susceptioni praemittant Sacramentalem Confessionem (3). Si enim conscii alicuius peccati lethalis, quod absit, ad Confirmationem accederent, non solum huius Sacramenti gratiam non reciperent, sed gravissimo sacrilegio se illigarent.

Iuxta veterem Ecclesiae usum, Confirmandi deberent esse ieiuni (4), optandumque propterea esset, ut id ipsum in praesentia etiam servaretur.

Sacro Chrismate liniendi ante diligenter erudiendi sunt iuxta doctrinas Catechismi Romani de natura, dignitate, effectibus, ac dispositionibus ad digne Sacramentum huiusmodi recipiendum praerequisitis. Item oportet, ut instruantur circa Fidei rudimenta, Decalogi, et Ecclesiae praecepta, Actus virtutum theologalium, ac Orationem Dominicam, et Apostolorum Symbolum memoria teneant.

---

(1) Può servire di norma per l'amministrazione ordinaria di questo sacramento.

(2) Sess. 7. *de Confirm.* can. 3.

(3), Eugen. IV. in Decret. pro Armenis.

(4) S. Thomas, 3. par. quaest. 72. art. 3. in corp.

(5) Bened. XIV. Constit. *Anno vertente*, Bull. Tom. 3. pag. 288.

(6) Can. *Litteris*. de Consecr. dist. 3., et Can. *Si quis de alio* de Consecr. dist. 4,

(7) Catech. Rom. de Sacram. Confirmat. S. Carolus in V. Synodo Mediolan. cap. de Confirm.

(8) Loc. cit.

(1) S. Thomas, 3. part. quaest. 73. art. 8. ad 4.

(2) Bened. XIV. in lib. 7. cap. 10 num. 5. 6. et 7. de Synodo Dioeces.

(3) Instructio Eminent. Almae Urbis Vicarii pro iis qui suscepturi sunt hoc Sacramentum an. 1773.

(4) Catech. Rom. de Confirm.

Ceterum Missionarii non omittant populos sibi creditos etiam hortari, ut Confirmationem debito tempore recipiant, nec non ut parentes filios suos confirmari curent; etsi enim hoc Sacramentum non sit de necessitate medii ad salutem, tamen sine gravis peccati reatu respui non potest, ac negligi (1), cum illud suscipiendi opportuna adest occasio. Porro haec doctrina, si pro omnibus, qui sunt undique, Christifidelibus vera est, multo magis locum habet in illis, qui in terris degunt haereticorum, vel paganorum, in quibus quandoque adversus Catholicos persecutiones ingruunt; unde opus est, ut septiformis Spiritus virtute roborentur, qua non solum corde credant ad iustitiam, sed etiam ore confessionem faciant ad salutem, seque paratos exhibeant pro Christo etiam sanguinem fundere.

Cum hoc Sacramentum indelebilem in anima characterem imprimat, reiterari non debet, et propterea qui est confirmatus ad illud recipiendum non audeat accedere, sicuti nec excommunicatus, interdictus, divinis communicans cum haereticis, aut schismaticis, vel qui ritus idololatricos usurpat, sive alio modo publice peccat; item qui praeceptum paschale non adimpleverit.

Caveant Confirmandi ne sordida fronte (2), capillisque impexis ad hoc Sacramentum accedant, vestibus tamen sint induti, quemadmodum et Patrini, simplicibus, et ad modestiam compositis. Mulieres vero illud suscepturae, et quae Matrinarum officium exercebunt, non se in Ecclesia cum vanis ornamentis, aut fucata facie, sed cum omni modestia, et reverentia praesentent.

Si quis ex Confirmandis turpe nomen, vel Christiano homini non conveniens, haberet, aliud in Confirmatione assumat (3).

Quamquam de necessitate huius Sacramenti non sit, ut in eo recipiendo Patrinus, vel Matrina adhibeatur, id tamen laudabilis Ecclesiae consuetudo suadet, sacrique canones praescribunt (1).

Ab hoc vero munere excluduntur tum minores annis quatuordecim (2), tum qui Sacramentum Confirmationis nondum receperunt (3). Verum quia contingere potest, ut in locis Missionum nullus adsit, qui antea confirmatus fuerit, permittitur in hoc casu, ut aliqui sine Patrino confirmentur, qui postea Patrini ceterorum esse poterunt.

Ad Patrinos huiusmodi quod attinet, hae insuper regulae erunt observandae: I. Ut non plures (4), sed unus tantum, sive vir, sive mulier, in Patrinum, aut Matrinam adhibeatur. II. Ut nec foeminis mares (5), nec maribus foeminae Patrini officium praestent, sed suo quisque sexui Patrinus adhibeatur. III. Ut nisi necessitas cogat (6), idem non sit, sed diversus Confirmationis Patrinus a Patrino Baptismi. IV. Ut a Patrini munere arceantur excommunicati (7), interdicti, publici peccatores, aut qui praeceptum paschale omiserint.

Circa cognationem spiritualem, quae in hoc Sacramento contrahitur, haec statuit Tridentina Synodus (8): « Ea quoque cognatio, quae ex Confirmatione contrahitur, Confirmantem, et Confirmatum, illiusque patrem, et matrem, ac tenentem non egrediatur, omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis. »

Quod quidem Concilii decretum locum habet in iis, qui ad Tridentini statuta servanda adstringuntur. Ceteri vero disciplinae in suis regionibus vigenti hac in parte se conforment.

Cum tempus advenerit, quo Sacerdos utens facultate sibi ab Apostolica Sede, ut

---

(1) Bened. XIV. in Constit. *Etsi Pastoralis*, §. 3. num. 4. Bull. Tom. 1.

(2) Concil. Aquense an. 1585. Instructio supradicta.

(3) Concil. Aquense an. 1585., Concil. Tolosan. an. 1590., S. Carolus Borrom. in V. Synodo Mediolanen.

(1) Sacramentar. S. Gregorii M. Ordo Romanus apud Hittorpium.

(2) Instructio praedicta.

(3) Can. *In Baptismate*, 102 de Consecrat. dist.

(4) Can. *Non plures*, 101. dist. 4.

(5) Pontific. Rom.

(6) Can. *In Catechismo* 100. de Consecrat. dist. 4.

(7) Pontific. Rom.

(8) Sess. 24. de Reform. Matrimonii. cap.

supra, tributa, administrare Confirmationem intendit, vestibus sacerdotalibus, vel saltem Alba et Stola indutus, stans ante Altare versus ad populum hinc inde dispositum (masculis a dexteris, foeminis vero a sinistris) circumstantes summarie de praemissis admoneat, eisque praesertim denunciet, quod nullus alius nisi solus Episcopus Confirmationis ordinarius minister est; se vero paratum esse illam conferre iure per S. Sedem delegato.

Mox delegationis decreto, sive brevi Apostolico lingua vernacula, alta et intelligibili voce lecto, iterum moneat adstantes, quod nullus Confirmatus discedat, nisi benedictione accepta, quam ipse post omnium Confirmationem daturus est. Item, quod infantes, si quos in prima aetate iusta de causa confirmandos existimaverit, per Patrinos teneantur in brachiis dexteris, et quod adulti ponant pedem suum super pedem dexterum Patrini sui.

Hac altera monitione completa (1) pariter stans, et versa facie ad Confirmandos, iunctis ante pectus manibus, Confirmandis vero genua flectentibus, et manu ante pectus iunctas tenentibus, dicit:

℣. *Spiritus Sanctus superveniat in vos, et virtus Altissimi custodiat vos a peccatis.* ℟. *Amen.*

Deinde signans se manu dextera a fronte ad pectus signo Crucis, dicit:

℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*
℟. *Qui fecit coelum et terram.*
℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum spiritu tuo.*

Tunc extensis versus Confirmandos manibus, dicit:

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui regenerare dignatus es hos famulos tuos ex aqua, et Spiritu Sancto; quique dedisti eis remissionem omnium peccatorum; emitte in eos septiformem Spiritum Sanctum Paraclitum de coelis. ℟. *Amen.*

Spiritum Sapientiae, et Intellectus ℟. *Amen.*
Spiritum Consilii, et Fortitudinis. ℟. *Amen.*
Spiritum Scientiae, et Pietatis. ℟. *Amen.*
Adimple eos Spiritu timoris tui, et consigna eos signo Cru ✠ cis Christi in viam propitiatus aeternam. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum. ℟. *Amen*

Post haec Sacerdos confirmat per ordinem genuflexos, primo mares, secundo foeminas. Uno ordine confirmato illi surgunt, et alii genuflectunt, et confirmantur, et sic usque in finem. Inquirit autem singillatim de nomine cuiuslibet Confirmandi sibi per Patrinum, vel Matrinam flexis genibus praesentati, et summitate pollicis dexterae manus Chrismate intincta, dicit:

N. Signo te signo Cru✠cis: quod dum dicit producit pollice signum Crucis in frontem illius, deinde prosequitur: *et confirmo te Chrismate salutis. In nomine Pa✠tris, et Fi✠lii, et Spiritus ✠ Sancti.* ℟. *Amen.* Deinde leviter in maxilla caedit, dicens: *Pax tecum.*

Ligandae essent vitta linea recens Confirmatorum frontes iuxta Pontificalis Romani praescriptum (1). Verum quoniam publica vittarum delatio apud infideles ludibrio exponere posset Sacramentum, ideo, si praevideatur hoc scandalum eventurum, consultius erit, vittas huiusmodi non adhibere; sed in hoc casu opus erit, ut Sacerdos, postquam frontes Confirmandorum linierit Sacro Chrismate, eas gossipio, mox comburendo, diligenter abstergat, ac deinde lavet (2).

Omnibus confirmatis, tergit cum mica panis, et lavat pollicem, et manus super pelvim: deinde aqua lotionis cum pane fundatur in piscinam Sacrarii, in qua reponi debent etiam supradictorum gossipiorum cineres.

Dum lavat manus, si adsint ministri, cantatur, vel legitur sequens Antiphona; alias post lotionem ab ipso Sacerdote dicatur: *Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis a templo sancto tuo, quod est in Ierusalem. Gloria Patri*, etc. Et repetitur Antiphona tono octavo: *Confirma hoc Deus*, etc., qua repetita, conversus ad Altare iunctis ante

(1) Pontific. Rom.

(1) De Confirmandis.

(2) S. Carolus Borrom. in dict. V. Synodo Mediolanen.

pectus manibus, dicit:

℣. *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.*

℟. *Et salutare tuum da nobis.*

℣. *Domine exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiscum.*

℟. *Et cum spiritu tuo.*

Iunctis vero adhuc ante pectus manibus, et omnibus Confirmatis devote genuflectentibus, dicit:

Oremus.

Deus, qui Apostolis tuis Sanctum dedisti Spiritum, et per eos, eorumque successores ceteris fidelibus tradendum esse voluisti, respice propitius ad humilitatis nostrae famulatum, et praesta, ut eorum corda, quorum frontes Sacro Chrismate delinivimus, et signo Sanctae Crucis signavimus, idem Spiritus Sanctus in eis superveniens, templum gloriae suae dignanter inhabitando perficiat: Qui cum Patre et eodem Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. ℟. *Amen.*

Deinde dicit: *Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum:* et vertens se ad Confirmatos, ac faciens super eos signum Crucis, pariter dicit:

Bene✠dicat vos Dominus ex Sion, ut videatis bona Ierusalem omnibus vitae vestrae, et habeatis vitam aeternam. ℟. *Amen.*

Expedita hoc pacto Confirmatione, Sacerdos sedens, iuxta memoratum Pontificale Romanum (1), Patrinos, et Matrinas monet, quod instruant filios suos bonis moribus, unde fugiant mala, et faciant bona, et si forte in infantili aetate essent confirmati, ut suo tempore doceant eos *Credo in Deum*, et *Pater noster*, et *Ave Maria*, quoniam ad hoc sunt obligati.

Hoc Sacramentum potest conferri minus solemniter, et praesertim tunc cum in privatis domibus, vel extra Ecclesiam, seu Oratorium, pueris aegrotantibus, de quibus supra, conferendum est, vel etiam adultis, qui ad Ecclesiam quacumque ex caussa, legitima tamen, accedere nequeunt. In iis casibus Sacerdos non omittat uti saltem Stola, si superpelliceum habere non possit; cavere etiam debet, ne coram haereticis, aut schismaticis, et multo minus eis ministrantibus, confirmet.

Quod si tandem per Sedem Apostolicam alicui fieri potestatem contingat Confimationem administrandi in regionibus, in quibus praeter Latinos, degunt Orientales Catholici, non modo opus erit, ut supradicta diligenter observet, sed curabit etiam priusquam Orientalibus ipsis hoc Sacramentum conferat, ab Apostolica Sede instructionem petere, quo pacto se gerere debeat erga Orientales uniuscuiusque ritus.

Ut autem congruum quantocius responsum accipiat, de nonnullis S. Congregationem de Propaganda Fide singillatim certiorem reddat oportet. Et primo quidem cuius ritus sint Orientales huiusmodi: an fuerit a quoquam confirmati, et a quibus, videlicet an a suis Episcopis, vel a Presbyteris propriae nationis; an sponte petant confirmari; an Confirmationem commode a suis Episcopis recipere valeant; ac tandem, an Confirmatio administranda sit in dioecesi, in qua actu resideat Episcopus Orientalis, qui sit Confirmandi Ordinarius.

Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII tributis, utrique postulato benigne annuit iuxta preces: dummodo quoad primum postulatum cetera omnia fiant ad tramitem Instructionis sa. me. Clementis Papae VII et sub conditione et clausulis ibi contentis: servatis Rubricis. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 30 iunii 1887.

D. *Card.* Bartolinius *Praef.*
Laurentius Salvati *Secr.*

II.

Si concede alle Diocesi di Oceania che nell'esequie dei poveri si possa leggere una sola messa, e che per un triduo in ogni settimana, ancorchè occorrano officii di rito doppio, possano celebrarsi col canto Messe di defunto, per adempiere obblighi così fissi come avventizii.

Oceaniae, Plurium Dioecesium — 30 Jun. 1887 — Ab expositis huic Sanctae Apostolicae Sedi a R.mis Sacrorum Antistitibus in Australia seu plurium Oceaniae Dioecesium, quum constet eorumdem Ecclesias quoad celebrationem Missarum de Requie absque cantu dum Officium ritus duplicis occurrat in iisdem ferme circumstantiis versari quae locum dedere Decretis alias latis a S. Rituum Congregatione, praesertim in Curien. die 19 iunii 1700 ad Dubia IX et X, in Brugen. die 12 septembris 1840, et in Meclinien. die 22 maii 1841; Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII tributis, de speciali gratia benigne annuit, ut memorata Decreta serventur etiam in Archidioecesibus et Dioecesibus Australiae, Tasmanicae, et Novae Zelandae: nempe ut in exequiis pauperum legi possit unica Missa de Requie, attamen singulis sub clausulis et limitationibus in Decretis ipsis expressis. Praeterea quum ad facilius implenda onera tum fixa tum adventitia Missarum de Requie cum cantu celebrandarum in Ecclesiis praefatarum Dioecesium, iidem Sacrorum Antistites privilegium ab eodem Sanctissimo Domino Nostro humillime efflagitaverint, vi cuius triduo cuiuslibet hebdomadae, etiamsi Officium ritus duplicis occurrat, Missae de Requie cum cantu celebrari ibidem valeant, eadem Sacra Congregatio utendo facultatibus specialiter tributis ab eodem Sanctissimo Domino Nostro, benigne annuit pro gratia iuxta preces: dummodo singulae enuntiatae Ecclesiae alio simili indulto non gaudeant, exceptisque omnino ab hac concessione Duplicibus primae et secundae classis festisque de praecepto servandis, nec non Feriis, Vigiliis, et Octavis privilegiatis.

Valituro hoc indulto ad proximum de-

cennium. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 30 iunii 1887.

D. *Card.* Bartolinius *Praef.*
Laur. Salvati *Secr.*

III.

Tutte le Messe votive della B. V. debbono essere come quelle segnate in fine del Messale.

Parisien — 30 Iun. 1887 — R.mus D.nus Franciscus Maria Richard hodiernus Archiepiscopus Parisien,a S. Rituum Congregatione insequentium Dubiorum declarationem humillime expostulavit, nimirum: In exemplaribus Proprii Missarum Archidioeceseos Parisien, hucusque impressis habetur « *in Festo B. M. V. ob votum Ludovici XIII* (quod sub ritu duplici minori Dominica infra Octavam Assumptionis affixum est) *Missa ut in Festo Assumptionis Deiparae, excepto Evangelio,—Exsurgens Maria —ut in Festo Visitationis ipsius* ». Hinc dubitatur:

I. Utrum in enuntiato Festo B. M. V. legenda sit Missa — *Salve Sancta Parens,* — nempe votiva a Pentecoste ad Adventum, excepto Evangelio ex festo Visitationis ut hoc cum Officio iam approbato concordet?

II. An potius adhibenda Missa, uti fit quindecim abhinc annis de Assumptione B. M.V. excepto Evangelio quod erit ut supra —*Exsurgens Maria?*

III. Et quatenus affirmative ad II, utrum Missae — *Gaudeamus* —de Assumptione addenda sit etiam Prosa, concessa in festo ipsius Assumptionis?

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, sic rescribere rata est: *Fiat Missa — Salve Sancta Parens — ex votivis de tempore cum Evangelio Officii.* — Atque ita rescripsit et declaravit die 30 iunii 1887.

D. *Card.* Bartolinius *Praef.*
Laur. Salvati *Secr.*

IV.

Formola di benedire e d'imporre lo scapolare di S. Giovanni di Dio in uso nel suo Ordine.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui beatum Patrem nostrum Ioannem Confessorem, tuo amore succensum, illaesum per ignem transire fecisti, et in misericordiae operibus coruscare; bene ✠ dic hoc indumentum, et praesta; ut quicumque eo induti fuerint, illibatam custodiant vestem nuptialem caritatis, atque a gehennae igne liberentur, et intercedente beata Maria semper Virgine cum eodem Patre nostro salutem mentis et corporis consequantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Sacerdos aspergit aqua benedicta, et imponit Scapulare, dicens:

Accipe signum devotionis et protectionis Sancti Patris nostri Ioannis de Deo; et talem te exhibe in misericordiae operibus, ut particeps fias omnium bonorum spiritualium et Indulgentiarum nostri Ordinis in nomine Patris ✠ et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Ordinis Sancti Ioannis de Deo.

Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII tributis, suprascriptam formulam a Rmo Vicario Generali Ordinis Sancti Ioannis de Deo propositam, atque ab ipsamet Sacra Congregatione revisam et emendatam, pro Alumnis praefati Ordinis approbavit et concessit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 8 Augusti 1887.

Pro Emo ac Rmo D. Card. D. Bartolinio S. R. C. Praefecto

A. *Card.* Serafini
Laur. Salvati *Sec.rius.*

Sacra Congregazione dell'Indice

I.

Lettera del Segretario della S.C. a Mons. Vescovo di Barcellona intorno ad un libro del Sac. D. Felice Sardà et Salvany col titolo El liberalismo es Peccado, *e ad un altro del Sac. D. de Pazos col titolo* El Processo del Integrismo.

Excellentissime Domine,

Sacra Indicis Congregatio accepit delationem Opusculi cuius titulus *El Liberalismo es Peccado*, auctore D. Felice Sardà et Salvany, sacerdote huius tuæ dioecesis, quae delatio repetita fuit una cum altero opusculo cui titulus *El Proceso del integrismo* id est, *Refutación de los errores contenidos en el opúscolo « El liberalismo es Peccado. »* Auctor huius secundi opusculi est D. de Pazos, canonicus dioecesis Vicensis. Quapropter eadem Sacra Congregatio maturo examine perpendit primum et alterum opusculum cum factis animadversionibus: sed in primo nil invenit contra sanam doctrinam, imo auctor eiusdem D. Félix Sardà laudem meretur eo quia solidis argumentis, ordine et claritate expositis, sanam doctrinam in materia subiecta proponat atque defendat absque cuiuscumque personae offensione.

Verum non idem iudicium fuit prolatum super altero opusculo edito a D. de Pazos. Nam aliqua in re correctione indiget, et insuper approbari non potest modus loquendi iniuriosus quo auctor utitur magis contra personam D. Sardà, quam contra errores qui supponuntur in opusculo dicti scriptoris.

Hinc Sacra Congregatio mandavit ut D. de Pazos, monitus a proprio Ordinario, retrahat quantum fieri potest, dicti sui opusculi exemplaria, ac in posterum, si aliqua controversiarum, quae oriri possunt, fiat discussio, se abstineat a quibuscumque verbis iniuriosis contra personas, sicuti vera Christi charitas docet: eo vel magis quod dum Sanctissimus D. N. P. P. LEO XIII valde commendat ut errores profligantur, tamen non amat neque approbat iniurias in personas, praesertim doctrina et pietate præstantes, illatas.

« Dum haec de mandato S. Ind. Congr. tibi communico ad hoc ut praeclaro tuo dioecesano D. Sardà ad animi sui quietem manifestare possis, omnia fausta ac felicia Domino adprecor et cum omni observantiae significatione subscribo.

« Amplitudinis tuae.

Addictissimus famulus
Fr. Hieronymus Pius Saccheri O. P.,
S. Indicis Congr. a Secretis.

II.

Dichiarazioni più ampie delle cose scritte nella lettera precedente.

Ill.me ac R.me Domine uti Frater.

Delatae sunt ad Apostolicam Sedem supplices preces quorumdam fidelium istius dioceseos scire cupientium quaenam sit genuina significatio litterarum quae a R. P. Secretario Sacrae Indicis Congregationis de presbyteri D. Felicis Sardà et Salvany opusculo, cui titulus » El liberalismo es pecado » die 10 Ianuarii huius anni ad Amplitudinem Tuam datae fuerunt.

Rationes quae dubitationibus et anxietatibus locum dederunt, ex eo ortae sunt, quod harum litterarum sensa ad politicas quaestiones, quae inter Hispaniae catholicos fervent, nonnulli pertrahere voluerunt, unde acres inter ephemeridum scriptores disputationes sequutae sunt, conscientiis perturbandis et opinionum dissidiis fovendis aptae.

Mature, Summi Pontificis iussu, præfatis precibus perpensis; apprime perspicere licuit laudes per epistolam P. Secretarii praedicto opuscolo tributas, ex quibus potissimum dubitandi ratio petebatur, ad abstractam dumtaxat thesim et generalia doctrinae principia referri, quae a Sardà in suo scripto clare et ordinatim exposita sunt, iuxta ea quae ab Ecclesia docentur, minime vero ad incidentales quasdam propositiones sive allusiones ibidem forte contentas, quae concretum factorum ordinem vel rerum politicarum Hispaniae statum respiciunt: neque enim haec attingendi ulla mens aut propositum fuit. Quapropter latior harum laudum interpretatio aut eas ad unius politicae partis asseclas atque ad eorumdem procedendi modum in alterius partis detrimentum proferre, velut quidam conati sunt, nullo pacto fuit neque esse potuit in consilio Sacrae Congregationis. Fundamento itaque destituuntur aberrandi timores illorum catholicorum qui, seposita privatorum scriptorum auctoritate, pro sua agendi ratione in religionis iuribus tutandis rebusque provehendis solemnia sequuntur Romani Pontificis documenta et monita, nominatim ea quae per Encyclicas litteras *Cum multa* et *Immortale Dei* tradita sunt. Ipsi porro tutissimam hanc nor-

mam ab Apostolica Sede fidelibus universis et Hispanis praesertim propositam fideliter sincereque sectantes, certi esse possunt se non solum officium omnibus impositum Catholicis impleturos, sed praeconio etiam dignos fore, proindeque immerito perterritos fuisse ob minus rectas interpretationes quae, politicis suadentibus passionibus, epistolae ab Indicis Secretario subscriptae tributae sunt.

Quae omnia perpendens haec Sacra Congregatio has litteras Amplitudini Tuae (1) dandas esse censuit, ut, ipsis publici iuris factis, legitima ac vera interpretatio in istis regionibus restituatur laudibus quas D. Sardà ob suum opusculum promeruit, et amoveatur quaelibet occasio ulterioris conscientiarum perturbationis, aut acrium disputationum quae steriles in bonum cum sint, perniciosos effectus in detrimentum Ecclesiae, cuius finis est salus animarum et veritatis iustitiaeque regnum, semper pepererunt.

Interim cuncta fausta ac felicia Tibi a Domino adprecor et cum omni observantiae significatione subscribo.

Amplitudinis Tuae

Loco ✣ Sigilli

Addictissimus famulus

Fr. Thomas Maria *Card.* Martinelli.
Episc. Sabinen. *Praefectus.*

Fr. Hieronymus Pius Saccheri
Ord. Praed. *Secretarius.*

ISTRUZIONI E DICHIARAZIONI

CIRCA IL SACRAMENTO DELLA CRESIMA

(Continuaz.—V. pag. 204 di q. P.)

III.

Sacra Congregazione del S. Officio

§ 1.

Se con giusta causa possasi amministrare la Confermazione solamente con la stola.

Vicariatus Ap. Coreae — 12 Feb. 1851. — Vicarius Ap. Coreae petiit: Tuguria Coreanorum sunt parva valde et tam parum alta, ut homo in iis vix stare possit: usque modo saepissime non potui administrare Sacramenta cum baculo et mitra. Hoc licitum sit mihi in posterum absque scrupulo.

Et S. C. S. Off. respondit: *Adstante causa, posse privatim confirmare absque mitra et baculo pastorali, adhibita stola.* Die 12 febr. 1851.

§. 2.

Qual grado di cognizione si richiegga per ricevere la Cresima in caso di necessità.

Vicarius Ap. Tchely Meridio-Orientalis — 10 Apr. 1861—Vicarius Apost. Tchely Meridio-Orientalis petiit: Utrum danda sit Confirmatio illis neophytis, qui, in articulo mortis baptizati, omnino rudes sunt, et vi morti defatigati, instrui nequeunt?

Et S. C. Sancti Officii die 10 apr. 1861 respondit: *Non conferendum Sacramentum Confirmationis illis neophytis moribundis, quos Missionarios capaces Baptismi credidit, nisi saltem habeant aliquam intentionem percipiendi Confirmationem ad robur animæ suæ adijciendum.*

IV.

Sacra Congregazione del Concilio.

§. 1.

Se valga la consuetudine di deputare un sol padrino per tutti i maschi, ed una sola madrina per tutte le femmine.

Fesulana—12 Jul. 1823—An et quomodo probandus sit usus Fesulanæ Diœcesis fortasse centenarius, ut vir unus pro maribus, et una mulier pro foeminis ab Episcopo, vel parocho deputetur omnibus ad patrini, matrinæve munus obeundum?—Secretarius, post alia, relato etiam Can. *In Catech. 100, dist. 4, de Consecr.*, in quo dicitur: « In Baptismo et in Confirmatione unus patrinus fieri potest, si necessitas cogit; non est tamen consuetudo Romana, sed per singulos singuli suscipiunt » concludit: « Profecto si vir unus patrini munere fungatur erga omnes masculos (et una mulier erga foeminas) confirmandos, quin agnoscat eos, agnoscaturque ab eis, quonam pacto, quae-

(1) Eaedem litterae datae sunt etiam ad Illmum ac Revmum Dominum Cyriacum Maria Sancha et Hervás Episcopum Matritensem-Complutensem.

so, pro confirmatis dici poterit *sponsor*, vel *fideiussor?* quomodo paternam eorum curam gerere? quomodo eos instruere adversus visibiles et invisibiles salutis hostes? quomodo eos declinantes ad semitam errorum ad rectum callem revocare curabit, si et eorum nomina ignorat, et quamvis nosset numero obrueretur? Verendum proinde, ne hac methodo penitus evertatur Ecclesiæ mens et finis, quem sibi in dandis patrinis proposuit; eoque certius quia Pontificale Romanum praecipit: *Nullus praesentet nisi unum, aut duos, non plures, nisi aliter necessitas suadet arbitrio Episcopi;* et cohaeret consuetudo Romanae Ecclesiae Orbis Universi matris et magistrae: et probat Edictum Eminentissimi Urbis Vicarii, quod evulgatur quolibet anno, et quo mandatur: *Che nessuno tenga a Cresima, se non uno o due, senza espressa nostra licenza* (1). Verum Fesulanae Dioecesi fovet centenaria fortasse consuetudo, quae in aliis quoque Hetruriae Dioecesibus obtinet (Florentina, Aretina, Pistoriensi, Pisana, etc.). Quam ob rem non sine difficultate res in pristinum restitui posse videtur; cognationi vero spirituali consulitur provectiores aetatis eligendo. »

S. C. Conc. respondit: *Non esse probandum dictum usum, sed tolerandum in casu necessitatis ab Episcopo iudicandae, ad formam Pontificalis Romani.* (14 Jun., 12 Jul. 1823).

§. 2.

Se possa osservarsi la consuetudine di adoperare nella Cresima il padrino del Battesimo.

Anconitana—16 Feb. 1884—*Per summaria precum*—L'Arcivescovo di Ancona, fra gli altri postulati, nella relazione sullo stato della sua Diocesi, espose alla S. C. essere quivi invalso il costume che il padrino del battesimo fosse pure padrino della cresima, e inutilmente i parroci essersi adoperati per togliere l'abuso. Richiedeva perciò se tal consuetudine potesse tollerarsi.

La S. C., maturamente discussa la quistione, il dì 16 Febbraio 1884 rescrisse: *Posse tolerari; sed Episcopus curet abusum pedetentim evellere.*

Eccone le ragioni:—*a*) È stabilito in dritto che il padrino della confermazione debb'esser diverso da quello del battesimo. (Cap. 100 dist. 4 De Consecr.)—*b*) Nondimeno in caso di necessità, può adoperarsi per amendue i sacramenti un sol padrino: « In catechismo et in baptismo et in confirmatione unus patrinus fieri potest, si necessitas cogit. » (l. c.)—*c*) Come si debba intendere questa necessità, non convengono i Teologi. Il Croix col Bossembau (*de sacr. confirm.* n. 398) credono sufficiente qualunque causa, e il Chamerota (*de Sacr. confirm.* c. 7. d. 2) opina che oggidì l'uso contrario scusi da qualsivoglia peccato. La comune però dei Dottori vogliono strettamente interpretata codesta necessità, senza la quale non sarà mai lecito al padrino del battesimo far da padrino nella confermazione. (Salmantic. *de sacr. conf.*, c. 4, n. 4—Henriq. l. 3. c. 3. n. 3—Laym. l. 5. Sum. tr. 3. c. 7 — Bonac. disp. 3 *de sacr.* q. un. punct. 4—Palaus *de sacr. Conf.* punct. 10 n. 2—Barbosa *de potest. Episc.* alleg. 30 n. 51—Ferraris v. *Confirmatio* a 3, n. 14—Gavant. *Manual. Episc.* v. Confirmatio etc.). — *d*) Or la necessità, strettamente considerata, può così definirsi col Ferraris: « Necessitatis nomine intelligi debet status hominis in quo parere legi haud potest, absque periculo suo » (v. *Necessitas* n. 1 nov. add.) V. *Monit. Eccl.* Vol. III, par. 3ª, pag. 3.

V.

Sacra Congregazione de' Vescovi e Regolari.

Se possa amministrarsi la cresima a sudditi di aliena Diocesi, col tacito consenso del loro Ordinario.

Clemens XII. san. mem. Lit. Apost. anni 1732 incipien. « *Craeditae Nobis* » privilegium conferendi confirmationis Sacramentum Abbati Nullius Montis Virginis hisce verbis benigne tribuit: « Ut Abbas gene-

(1) In Edicto 2 Jul. 1851 habetur: " Niuno può esser padrino o madrina a più d'una persona nello stesso giorno senza nostra espressa permissione. È proibito agli Ecclesiastici *in Sacris*, o Religiosi far da padrino (iuxta Can. *Non licet*, 103, dist. 4 de Consecr. Non licet Abbati, vel Monacho commatres habere;) a chi non ha adempito il precetto pasquale, ecc.

« ralis dictae Congregationis (*Montis Virgi-*
« *nis*) indumentis pontificalibus indutus, Sa-
« cramentum Confirmationis suis subditis
« praefatis quoque temporibus ministrare,
« prout pro tempore existentes Montis Cas-
« sinorum, et Cavensium Monasteriorium
« respective Abbates ministrare solent, Apo-
« stolica auctoritate perpetuo concedimus ».

Cum autem introductus fuerit usus confirmandi etiam non subditos, dubium exortum est an revera non subditi ab eo confirmari possint. Abbas Montis Virginis innitebatur usu jam introducto et consuetudini, quae ab Abbatibus Cassinensibus, et Cavensibus servatur; usus enim, et consuetudo privilegia interpretantur, eaque etiam aliquando extendunt.

Alii vero autumabant standum esse verbis indulti, in quo facultas *ad subditos* expresse, et clare coercetur, quin aliunde indubie constaret de legitima consuetudine.

Re ad S. C. delata, in generali conventu diei 30 Martii 1855. propositum fuit dubium:

Se e come il P. Abbate generale Ordinario dell' Abbazia di Monte Vergine debba mantenersi nel possesso di amministrare il Sacramento della Confermazione ai sudditi di altri Vescovi, ed Ordinarî?

Cui E.mi Patres referente E.mo Brunelli, et re mature perpensa, rescripserunt:

Affirmative de consensu saltem tacito Ordinariorum confirmandorum, retento authentico regesto in archivio Monasterii, ac servatis aliis de jure servandis, facto verbo cum SSmo.

Et facta de praemissis relatione S. D. N. Pio PP. IX. in audientia habita die 20 Aprilis 1855, Sanctitas Sua resolutionem S. C. approbavit, et confirmavit, excepto tamen quoad futurum usu administrandi confirmationem extra territorium Abbatiae, etiamsi Abbas ab Ordinariis respectivis vocetur, et ad mentem: mens est, *che l'Abbate sia cautelato di esaminare prima di conferire la Cresima se i Cresimandi abbiano la fede del proprio Vescovo, o almeno del Parroco* (1).

30 Martii 1855.

---

(1) Hæc resolutio prudenti consilio pro una parte per decretum, pro altera per epistolam communicata fuit. Hic praestat summis labiis commemorare quaestionem inter E.mum Archipresbyterum Basilicae Vaticanae, et Capitulum Lateranense. Ille existimabat se se posse diebus constitutis Sacramentum Confirmationis in Basilica Vaticana publice conferre tam subditis, quam non subditis. Secundum opinabatur privilegium ad subditos tantum esse coercendum. S. Congregatio Visitationis anno 1641 edixit comprehendi etiam non subditos; at quaestio delata ad S. C. C. contra E.mum Archipresbyterum sententia lata est, quae a Clem. X confirmata fuit. Tandem Bened. XIV Const. " *Ad honorandum* „ diei 27 Martii 1751 Capitulo Vaticano indulsit, ut ejus E.mus Archipresbyter etiam non subditis praedictum Sacramentum conferre valeat, servatis conditionibus in eadem Constitutione praescriptis.

(Così il Cardinale Bizzarri nei suoi *Collectanea* p. 640.)

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

ALLOCUTIO

HABITA IN CONSISTORIO

DIE XXV. NOVEMBRIS MDCCCLXXXVII.

Venerabiles Fratres,

Anniversaria die appetente, qua ante annos quinquaginta sacerdotali consecratione accepta, sacris ad altare operati primum sumus, Deo immortali maximas, ut aequum est, gratias et agimus et habemus, quod Nos ad hanc aetatem incolumes benigne conservarit. Simul vero temperare animo non possumus, quin libens et gratus cogitatione percurrat orbem christianum, eius rei caussa, non usitato modo gestientem. Neque enim dissimulabimus quod apparet, et est in aliena laude non in Nostra ponendum: perspicitis enim, Venerabiles Fratres, quanta laetitiae publicæ fiat significatio, quam sit voluntatum magnus consensus, quam varia et exquisita effusæ pietatis testimonia. Omnes hominum ordines, cunctis terrarum partibus, privatim, publice, certant prosequi Nos omni genere officii: legationibus, litteris, peregrinationibus vel

longinquis ultro susceptis, et missis ingenti numero muneribus, de quibus verissimum videtur, materiam et opus propensione superari voluntatis. Qua in re admirabiliter fulget Dei benignitas et virtus, qui in magnis Ecclesiae laboribus vires eius, confirmat ac fulcit; qui pro nomine suo certantibus solatia tribuit; qui providentiae suae consilio ex malis ipsis uberem bonorum messem educit; fulget item Ecclesiae gloria, quae originis vitaeque suae vim divinam ostendit, ac divinum, quo regitur vivitque, spiritum, quo fit ut fidelium mentes et voluntates uno eodemque vinculo invicem, itemque cum supremo Ecclesiae Pastore iungantur.—Iucunditatis sensus, quos haec omnia intuentes experimur, Venerabiles Fratres, ad Dei et Ecclesiae gloriam in conspectu vestro significamus, palamque profitemur, animum Nostrum tot ac tantis christiani populi in Nos studiis penitus permoveri, nec fieri posse, ut eorum Nobis ullo unquam tempore excidat recordatio.

At longe alia ratione homines Ecclesiæ infensi in hac nostra natione catholica commoventur. Non enim ad amplectenda pacis studia, sed ad bellum in Ecclesiam urgendum intenti, iuris nomen obtendentes iniuriis, nec dubitantes contumeliis suis populares iras contra hanc Apostolicam Sedem inflammare, novum gravemque Nobis et catholicis cunctis dolorem nuper inussere.

Quid enim aliud actum est recenti illa civilis potestatis sanctione, qua Italiae cives ecclesiastica lege *decimas* solvendi ab iis qui nulla hac in re auctoritate pollent, exempti sunt, nisi ut ius illud violaretur, quo Ecclesiae datum est ut bona quae huius vitae sunt acquirere, retinere, administrare libere queat; quid aliud actum nisi ut Cleri conditione in graviores rerum angustias coniicienda, minuatur ipsi facultas rationibus divini cultus consulendi, inopiae pauperum sublevandae, et ipsius sacri ministerii decus dignitatemque tuendi?

Nec vero his finibus acerbitatum Nostrarum caussae continentur. Periculum enim Ecclesiae impendet, idque gravissimum, ex lege etiam quae perferenda dicitur, quaeque principium ducit ex iis doctrinis quibus Ecclesiae status divinitus constitutus evertitur. Agitur enim de patrimonii ecclesiastici ratione novis civilis potestatis devincienda legibus, quae eo spectant ut omni vi canonicarum legum, quae de bonis Ecclesiae latae sunt, sublata, omnique Ecclesiæ in bona sua iure adempto, tota in iisdem bonis auctoritas et ius in civilem potestatem transferatur: administratio autem eorumdem bonorum et procuratio laicis viris a populo electis tradatur, qui auctoritate Ecclesiae summota, rei publicae dumtaxat administris et civili iurisdictioni subiiciantur. Videtis, Venerabiles Fratres, quo vulnere Ecclesiam sauciaret nova lex, si iussa fuerit, quia non modo disciplinam perturbaret, sed et potestatem et libertatem Ecclesiae laederet, adeo ut dum ex una parte laicis viris ad Ecclesiam vexandam arma non obscure traduntur, ex altera in ministerio ipso suo, in ipsa divini cultus ratione, in ipso catholicae institutionis munere, alieno pendere cogatur arbitrio.—Est et alia caussa, quae Nos vacuo a sollicitudine animo esse non sinat: scilicet iuventuti metuimus, cum multi illuc spectent ut publicarum scholarum alumni magis ac magis potestati Ecclesiae vel in ipsa religionis institutione subducantur. Quae res praesertim apud catholicos perspicuum est quantum a iustitia discrepet, et quanti publice privatimque mali materiam contineat.

Hæc pericula prospicientes, vehementer angimur huius catholicae nationis caussa, quum Nobiscum reputemus luctuosa mala, quibus populi misere obruuntur, religione contempta.

Nos hæc hodie, ex hoc loco, vobis, Venerabiles Fratres, et universo catholico orbi significamus, Deum rogantes ut publicas Italiae res in melius vertat, efficiatque ut omnium consilia et opera ad verum patriæ bonum et decus dirigantur.—Ceterum, Venerabiles Fratres, omnem fiduciam nostram in Eius potentia et benignitate collocemus: videt enim Deus de monte sancto suo labores populi sui, et quamvis brachii sui virtuti explicandae moram faciat, tamen, præstituta consiliis sŭis maturitate, opportunam Ecclesiae suae opem deesse non patitur.

Nunc vero Apostolici officii ratio postulat, ut variis catholici orbis Ecclesiis novos pastores praeficiamus.

SULL'INSEGNAMENTO DEL PICCOLO CATECHISMO

ATTI DELLA S. SEDE

(Continuaz. V. p. 183—188 di q. P.

III.

Costituzione di Clemente XII, il quale estende a tutti i luoghi le indulgenze da Lui concesse a coloro che insegnano ed a coloro che apprendono la dottrina cristiana, in Roma, in Italia e nelle isole adiacenti, ed altre ve ne aggiunge (1).

Clemente Papa XII Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii, quo Catholicæ Ecclesiæ regimini divina dispositione præsidemus, debitum exigit, ut ad ea potissimum curam et sollicitudinem nostram intendamus, quae ad augendam fidelium religionem ed animarum salutem in primis conducere in Domino conspicimus.

1. Alias siquidem ad uberes fructus ac spiritualium christifidelium aedificationem quæ ex assiduo usu et explicatione catechismi sive doctrinae christianae provenire noscebantur, paternae dirigentes considerationis nostrae intuitum, diversas ordinationes, a nonnullis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris ad promovendum hoc pium fidelique populo adeo necessarium opus, quo ille fidei catholicae rudimentis ac mysteriis christianisque virtutibus instruitur, salubriter editas per edictum die XV Novembris MDCCXXX iussu nostro promulgatum confirmavimus, ac etiam ampliavimus; et subinde christifideles tam almae Urbis Nostrae, quam universae Italiae ac insularum adiacentium pro tempore existentes, ut operae huiusmodi ferventius incumberent, excitare volentes, omnes et singulas, et peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes, quae a quibusvis Romanis Pontificibus praedecessoribus quoque nostris præfatum catechismum seu doctrinam christianam iuxta decreta Concilii Tridentini in ecclesiis et oratoriis pueros docentibus, aut eidem, dum traditur, interessentibus, eatenus concessa reperiebantur, ad adultos Urbis, Italiæ, et insularum praedictarum ipsi catechismo seu doctrinae christianae interesse extendimus.

2. Praeterea eisdem adultis, qui vere pœnitentes, et confessi, ac sacra communione refecti, eiusmodi pio exercitio devote intervenirent, qua vice id agerent, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesia consueta relaxavimus; qui vero illud assidue frequentarent, eumdem catechismum doctrinamve christianam docentes vel addiscentes, ac vere similiter poenitentes et confessi sacraque communione refecti, pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. M. E. exaltatione pias ad Deum preces effunderent, in Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, Paschatis Resurrectionis Dominicae, nec non SS. Petri et Pauli Apostolorum festis diebus plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concessimus: et alias, prout in nostris in pari forma Brevis die XXVII Junii MDCCXXXV desuper expeditis litteris, quas perpetuis futuris temporibus valere statuimus, quarumque tenorem praesentibus pro plene et sufficienter expresso et de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

3. Nunc autem nos, memorati catechismi doctrinae christianae usum et frequentiam tantopere commendabilem ac salutare ne fideles circumferantur tamquam parvuli fluctuantes omni vento doctrinae, sed firmo fidei fundamento adhaerentes coaedificentur in habitaculum Dei in Spiritu Sancto, ubique locorum ac gentium propagari, magisque in dies augeri enixe cupientes, suppli-

---

(1) Questo Fontefice nel cit. editto estese le indulgenze concesse da Paolo V (Const. *Ex credito* V. *Monit. Eccl.* q. P. pag. 185) agli adulti di Roma, d'Italia e delle Isole adiacenti che intervengono al catechismo, ovvero alla Dottrina cristiana, e inoltre con breve del dì 27 giugno 1735 vi aggiunse pei medesimi adulti la indulgenza di 7 anni, e la plenaria sotto le condizioni che in questa Costituzione vengono espresse.

cationibus etiam plurimorum ex venerabilibus fratribus archiepiscopis ac episcopis extra Italiam huiusmodi existentibus, nec non dilectorum filiorum officialium et confratrum archiconfraternitatis Doctrinae Christianae in Urbe praefata dudum autoritate apostolica erectae nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, concessionem indulgentiarum, et peccatorum remissionem, poenitentiarumque relaxationem docentibus et adultis addiscentibus catechismum seu doctrinam christianam in Urbe, Italia, ac insulis adiacentibus a nobis factam, sicut praemittitur, expeditasque desuper litteras nostras praedictas, ad universos christifideles ubicumque locorum, nunc et pro tempore existentes, eumdem catechismum, doctrinamve christianam similiter docentes, et adultos addiscentes, servata earumdem litterarum nostrarum forma et dispositione, auctoritate apostolica, tenore praesentium, in perpetuum extendimus similiter et ampliamus.

4. Non obstantibus nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

5. Volumus autem ut ipsarum praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die XVII Maii MDCCXXXVI, Pontificatus Nostri Anno VI.

SOLUZIONE DI CASI (1)

Se un cappellano possa far celebrare ad altri le messe della sua cappellania con minore stipendio, e se possa talvolta ometterne la celebrazione.

4.° Caso Morale

Sisto sacerdote, investito di una cappellania fondata col peso della messa quotidiana, suol celebrare anche per altri, ricevendone un conveniente stipendio. Per l'obbligo poi della sua cappellania, ne incarica sacerdoti di luogo diverso, dove le Messe sogliono celebrarsi colla elemosina di cent. 50, ritenendo per sè il resto; e inoltre fa di meno di una messa per settimana, che dice doversi condonare ad un cappellano coll'obbligo di celebrare ogni giorno.

Si chiede:

1.° Il cappellano può commettere ad altri, con minore stipendio, le messe della sua cappellania?

2.° Può sempre astenersi dal celebrare una messa per settimana, quando ha l'obbligo di celebrare ogni giorno?

3.° Che deve dirsi della condotta di Sisto?

Al primo—Vogliono in prima distinguersi accuratamente le messe manuali dalle beneficiali. Le manuali o avventizie, il cui stipendio si riceve volta per volta dalla pietà dei fedeli, debbono celebrarsi con ogni esattezza dal sacerdote che ne ha commissione, e se questi non potendo da sè, vuol commetterne a qualche altro buon sacerdote la soddisfazione, dee rilasciare al celebrante l'intera elemosina, senza nulla mai ritenere per conto suo. Così dispose Urbano VIII e Innocenzo XII come si ha dalla celebre Bolla *Nuper*; così pure Benedetto XIV nella

---

Han risposto a tutti e tre i casi morale canonico e liturgico: Falson P. Giovanni dei Predicatori di Malta—Gambini Sac. Francesco di Rapolano—Intino Can. Teol. Paolo di Cerignola—Mariani P. Gaspare da Bettona di Amelia—Saletti Dott. Luigi Can. di Randazzo—Sac. Vio Carlo Silvio di Venezia.

Ai soli casi morale e canonico:

Perfetto Arcip. Pasquale di Civitella Licinio.

Ai soli casi morale e liturgico:

Nardelli Can. Francesco di S. Giovanni Rotondo.

Al solo caso morale:

Bambara Sac. Antonio di Villa S. Giovanni—Fiorentino Sac. Francesco di Forio d'Ischia—Lucattini Parr. Lorenzo di S. Leo d' Arezzo—Limone Sac. Antonio di Santarpino.

Pel premio del caso morale la sorte ha favorito il Sac. Fiorentino Francesco di Forio d'Ischia; pel premio del caso canonico il Sac. Vio Carlo Silvio di Venezia; pel premio del caso liturgico il Can. Dott. Luigi di Randazzo.

Enciclica *Quanta cura* del dì 30 giugno 1741, dove si condanna l'abuso di ritenere nel detto caso porzione di stipendio, anche posto il libero consenso del celebrante. Non ci dilunghiamo a parlare di ciò, avendone detto molto nel Vol. I. dove, sulle tracce della prefata Bolla *Nuper*, e degli altri decreti posteriori, ed anche recenti, della S. Sede, esaminammo i non pochi casi che hanno attinenza collo stipendio delle messe (V. *Mon. Eccl.* Vol. I, pag. 443, 462, 477). Ora ci conviene invece di parlare delle messe beneficiali che sono proprie del caso nostro.

Le Messe beneficiali, di qualsivoglia natura sia il beneficio, possono commettersi ad altri con minore stipendio, purchè si avverino le seguenti condizioni:

1.° Che non sia imposto, nelle tavole di fondazione, l'obbligo al beneficiato di celebrare per sè; quest'obbligo poi, avverte S. Alfonso, non ha luogo, che quando ciò espressamente venga dichiarato: « Nisi exprimatur in institutione capellaniae quod capellanus per seipsum celebret, semper per alium celebrare potest » (L. VI, n. 330);

2.° Che lo stipendio da pagarsi per tali messe, non sia minore di quello ch' è solito nel luogo o nella provincia del celebrante.

Tutto ciò si ricava dalla prefata Bolla *Nuper*, dove al n. 21, fra gli altri dubbii, si muove anche questo: « VIII. An hoc decretum habeat locum in beneficiis, quae conferuntur in titulum, id est, an rector beneficii, qui potest per alium celebrare, teneatur sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem redituum beneficii? » — Al quale si risponde: « Ad VIII. Non habere locum, sed satis esse, ut rector beneficii, qui potest missam per alium celebrare, tribuat sacerdoti celebranti eleemosynam congruam, secundum morem civitatis, vel provinciae, nisi in fundatione ipsius beneficii aliud cautum fuerit ».

Quello che si è detto del beneficiato anche semplice, dicasi pure del cappellano amovibile, purchè siano assegnate rendite fisse alla cappellania senza determinazione di stipendio per ciascuna messa, come fu dichiarato dalla S. C. del Concilio il dì 15 marzo 1745, dove sta detto essere ciò lecito *modo pro capellania certi redditus sint annuatim constituti et perpetuo capellano assignati; secus vero, si huiusmodi capellano pro qualibet missa celebranda certa detur eleemosyna* (V. Ligor. L. VI, n. 321).

Anzi molti Teologi, presso S. Alfonso (l. c.), dicono lo stesso di chi abbia l'obbligo della messa perpetua, ovvero qualche pingue legato vitalizio col peso di messe. Insomma, tolte le sole messe puramente manuali (su cui cade la proibizione della Chiesa), tutte le altre possono commettersi da chi ne ha l'obbligo, col solo stipendio ordinario.

Che se di ciò voglia conoscersi la ragione, questa non è difficile. Nelle messe manuali lo stipendio si dà per solo vantaggio di chi le celebra; e però questi, per giustizia, deve averlo interamente. Nei beneficii, nelle cappellanie e ne' legati si guarda non tanto a chi celebra le messe, quanto alle persone del beneficiato, del cappellano e del legatario cui s'intende dare un assegno pel sostentamento; e però è che questi possono ritenere il dippiù di quanto occorre pel consueto stipendio delle messe.

Al secondo — Ma un cappellano, coll'obbligo della messa giornaliera, può talvolta omettere del tutto la celebrazione? Trattammo a lungo di tal quistione a pag. 121 e seg. di q. P. nei corollarii di una causa proposta alla S. C. del Concilio. Ricordiamone le principali teoriche, desunte dal decreto della S. C. del Concilio che vien riferito da Benedetto XIV (*De sacrif. missae Lib. 3, c. 3*):

a) Fa d'uopo considerare se il cappellano ha obbligo di celebrare per se medesimo, ovvero no. In questo secondo caso non può mai omettere la celebrazione, dovendo farsi supplire da altri.

b) Se ha obbligo di celebrare per sè medesimo, concorrendo una ragionevole causa, può talvolta astenersi dal celebrare.

c) Quando però si astiene dal celebrare per la cappellania, non può celebrare per sè o per altri, e molto meno ricevere diverso stipendio.

Ma per ben comprendere questi principii

è necessario che si conosca bene: 1.° Quando vi ha obbligo di celebrare per se medesimo, e quando no — 2.° Se in nessun caso non celebrandosi per la cappellania, non si possa celebrare per altri — 3.° Se un cappellano impedito dal celebrare, debba farsi sostituire da altri.

In ordine alla prima quistione, strettamente considerata la cosa, parrebbe che quando, come sopra si è detto, nelle tavole di fondazione non s'imponga espressamente, o in termini equivalenti, l'obbligo al cappellano di celebrare per sè medesimo, non vi sia quest'obbligo, e però in tal caso, laddove il cappellano non possa soddisfare per sè, dovrà per mezzo d'altri. A noi però sembra troppo rigida siffatta interpretazione. Questa corre senza dubbio, come innanzi s'è visto, quando si tratta della facoltà che compete al cappellano di soddisfare per mezzo d'altri; non crediamo poi che possa correre egualmente quando il soddisfare per mezzo d'altri sia non una facoltà pel cappellano ma una grave obbligazione. La nota regola *odia restringenda, favores ampliandi* c'induce a sottoscriverci piuttosto agli autori più benigni commemorati da S. Alfonso (L. VI, n. 332), i quali riconoscono questo dovere nel cappellano quando nella fondazione del beneficio espressamente lo s'imponga, ovvero si commetta alla chiesa o ad un pio luogo di curare siffatta celebrazione, o finalmente si dica che nella tal chiesa o nel tale altare non manchi la messa quotidiana: in questi soli casi e simili, la mancanza dell'ordinario cappellano dev'essere supplita da altri.

Ma in nessun caso il cappellano, non celebrando pel suo beneficio, non può celebrare per altri? Certo, ed è ammesso da tutti, che non può ricevere da altri l'emolumento. Molti però sono di opinione, e S. Alfonso non contradice (*l. c.*), che il cappellano con obbligo personale della messa quotidiana possa quattro o sei volte fra l'anno applicare per sè medesimo o per qualche stretto congiunto o amico o benefattore. Anzi può altresì omettere una volta per settimana la messa, per riverenza o per divozione verso il gran sacrifizio, tale presumendosi la volontà del fondatore. Ciò però sempre quando l'obbligo è personale nel senso spiegato più sopra.

E finalmente un cappellano, impedito dal celebrare, dee farsi sostituir sempre da un altro? È certo 1.° che deve farsi sostituire quando o espressamente così è stabilito nelle tavole di fondazione, ovvero è chiamato qualche pio luogo a provvedere la celebrazione, o anche solo si designi il luogo dove non dovrà mancare la S. Messa. — È certo 2.° che, dovendo il cappellano celebrare per sè medesimo, non è obbligato di farsi supplire quando è ordinato a titolo di cappellania ed è veramente bisognoso. Così la S. C. del Concilio *in Pistorien* 5 febbr. 1650 e *in Patavina* 24 apr. 1655 (V. Mon. Eccl. l. c.). — Negli altri casi poi, massime quando trattisi d'infermità, si disputa fra i teologi sul tempo durante il quale possa ometterssi la S. Messa, senz'obbligo di sostituzione. Alcuni ciò permettono solo per 10 giorni; altri solo per 15; altri più benigni (e forse troppo) anche per un mese o due. Per una infermità più diuturna, è d'uopo farsi supplire, a meno che non si tratti di beneficio con tenuissime rendite, ovvero queste vengano consumate tutte per la malattia. Chi sia impedito di celebrar la messa per altri affari, quantunque giusti, deve sempre farsi supplire, massime se questi affari sieno frequenti (V. Ligor. *l. c.*).

Al terzo — Venendo ora al nostro caso, possiamo dire che Sisto può commettere ad altri la celebrazione delle sue messe, purchè ciò non sia vietato nella fondazione della sua cappellania. In quanto al tenuissimo stipendio di cent. 50, non può facilmente ammettersi come proprio del luogo o della Diocesi, non accettandosi questo emolumento che solo da quei sacerdoti i quali sono sprovvisti di applicazioni. La tassa diocesana, segnatamente oggidì, è maggiore da per tutto: i buoni sacerdoti che frequentano la casa del Signore e si adoperano a bene delle anime, per ordinario non mancano di commissioni per messe con conveniente stipendio: solo i preti infingardi, ai quali non piace l'esercizio dei proprii ministeri, ovvero i viziosi che non godono stima e fiducia nel popolo sono costretti a procurar-

si altronde di che vivere, e si contentano di celebrare per pochi soldi! Laddove ciò avesse luogo, non crederemmo che le messe beneficiali si possano commettere a questi ultimi sacerdoti con sì tenue prestazione, la quale deve dirsi non secondo il costume del luogo e secondo la pratica dei buoni, ma secondo l'uso o meglio l'abuso di chi non vuol compiere i proprii doveri. Del resto un beneficiario, il quale volesse così lesinare sulla limosina delle messe da commettere ad altri, mostrerebbesi mosso da condannevole avidità di turpe lucro, e almeno per questo capo, purchè non sia scusato da vera indigenza, non potrebbe dirsi esente di colpa.

Neppure potremmo mandargli buona del tutto l' usanza di omettere il S. Sacrificio una volta per settimana. Egli lo tralascia non per altro motivo che pel diritto che crede competergli come cappellano coll'obbligo della messa quotidiana. Ma questo assoluto diritto nessun teologo lo riconosce. Ammettono (non tutti) che per umiltà e per riverenza al gran Sacrifizio, lo si possa omettere anche una volta per settimana, laddove non sia vietato dal fondatore: quando però nè per umiltà nè per riverenza ciò si faccia, ma solo per un diritto che si presume; quando invece si è abituati a celebrare ogni giorno, sempre; quando sopratutto si voglia pur celebrare, e in un giorno per ogni settimana, invece di applicare pel beneficio, si voglia applicare o per sè o per altri, questa usanza è affatto riprovevole e non si può ammettere dai buoni.

II.

Se il Canonico Penitenziere, quando siede in confessionale, possa sempre partecipare alle distribuzioni quotidiane ed avventizie.

4.° Caso Canonico

Nella Cattedrale di T. il Capitolo vuole escludere il Can. Penitenziere, quando siede nel confessionale, dalle distribuzioni avventizie, ed anche dalle quotidiane quando non vi ha concorso di penitenti.

Il Can. Penitenziere chiede:

1° Quando egli siede nel confessionale, a quali distribuzioni ha diritto di partecipare?

2° Che deve dirsi del Capitolo di T.?

La istituzione del Can. Penitenziere nelle Chiese Cattedrali sorge dal Tridentino *Sess. XXIV Cap. 8 de Ref.* dove sta sancito che il penitenziere *dum confessiones in Ecclesia audiet, interim praesens in choro censeatur.* Quando dunque egli ascolta le confessioni nella Chiesa, deve riputarsi come presente nel coro.

Da ciò segue:

a) Che il Penitenziere quando confessa può lucrare le distribuzioni quotidiane, giacchè per lui soddisfare al ministero delle confessioni è come soddisfare all'obbligo del coro.

b) Che può lucrare altresì le distribuzioni avventizie: « Poenitentiarius dum actualiter audit confessiones in ecclesia, non solum censetur praesens in choro ad lucrandas distributiones quotidianas, sed etiam eleemosynas ipsas quae distribuuntur pro associandis et sepeliendis cadaveribus defunctorum, vel pro supplicationibus et processionibus quae per urbem aguntur » Così il Ferraris (*Canonicus* art. IX, n. 81). Lo stesso insegnano il Barbosa (in Concil. Trid. Sess. XXIV cap. 8 n. 29), S. Alfonso (L. IV, n. 131) ed altri molti col Garcia, il quale (De Benef. Par. V, Cap. IV, n. 125) conferma ciò con alcune dichiarazioni della S. C. del Conc. del seguente tenore: « Poenitentiarius non solum censetur praesens in choro et non potest privari quando confessiones audit, sed etiam censetur praesens processionibus et exequiis defunctorum, quae eo tempore fiunt, quo ipse audit confessiones ». E in altra dichiarazione la stessa S. C. definì che il penitenziere, occupato per le confessioni, ha diritto a tutti gli emolumenti corali « tam si essent distributiones quotidianae, quam eleemosynae, quae distribuuntur pro associandis vel sepeliendis cadaveribus defunctorum, vel pro supplicationibus et processionibus habitis ». E perchè vi fu chi pretese che il penitenziere dovesse percepire solamente le distribuzioni che si lucrano nella chiesa dov'egli risiede, non già quelle che si acquistano fuori di essa, come nelle processioni, il medesimo Garcia respinge questa opinione, dicendo che ciò « est contra dictas declarationes et

mentem Concilii, quod sub nomine chori omnia comprehendit ». E soggiunge: « Ubi est capitulum, aliquod officium seu ministerium divinum exercens, ibi chorus esse censetur ».

Perchè intanto il penitenziere possa goder di questi vantaggi, fa d'uopo ch'egli confessi nella propria chiesa e non altrove. Si ascolti lo stesso Garcia *l. c.*: « Poenitentiarius autem audiens extra Ecclesiam confessiones, etiam infirmorum, non censebitur praesens in choro, quia Concilium id solum concedit audienti confessiones in Ecclesia, et ad id institutus est poenitentiarius iste, ut confessiones in ipsa Ecclesia audiat ».

Può però confessare così nel confessionale come fuori di esso, purchè nella stessa chiesa. « Poenitentiarium pro praesente in choro habendum esse dum audit confessiones in Ecclesia sive in confessionario, sive extra ». Così Barbosa (*l. c, n. 28*); e così pure la S. C. del Conc. (*ap. Garciam l. c. n. 124*).

È necessario poi che sia intento alle sole confessioni; giacchè se celebra messa o dice sommessamente l'officio, non lucra le distribuzioni. Ecco un' altra dichiarazione della S. C. del Conc.: « Praesens autem in choro non censetur, dum missam celebrat, aut privatim officium dicit »(*ap. Garciam l. c.*).

Ma che è da dire se sta in confessionale senza che confessi? Può dirsi in tal caso presente in coro? I canonisti nel generale negano; sì perchè il Tridentino espressamente dice che il penitenziere allora può considerarsi come presente al coro, *dum confessiones in Ecclesia audiet*; è sì perchè così fu chiaramente definito dalla S. C. del Concilio, con queste parole riferite del Garcia l. c.: « Poenitentiarius habendus est pro praesente in choro dum audit confessiones in Ecclesia, sive in confessionario, sive extra, non autem pro tempore, quo residet in confessionario nec audit confessiones, aliis in choro divina celebrantibus, nec recitans officium private, qui antequam recitarentur horae canonicae in choro audivit confessiones, nec si dixerit Missam, est censendus in choro ».

Ciò nondimeno i Salmaticesi (Cap. 4, n. 31), il Bouix (De Capitulis Sect. II, Cap. X, § 3, n. 2), S. Alfonso (l. c. n. 131), ed altri molti insegnano che non ostanti siffatte dichiarazioni, quando il penitenziere aspetta in confessionale i penitenti che sogliono andare a lui perchè si rendano più animosi, allora pur soddisfa alle obbligazioni del coro e vi si può considerare come presente. E dicono che ciò fu ancor dichiarato dalla S. C. del Concilio. Si ascolti S. Alfonso. Dopo aver riferita la sentenza negativa, soggiunge: « Sed verius Salm... affirmant, si poenitentes soleant accedere, et poenitentiarius eo animo se detineat ut promptiorem illis se exhibeat, ex declar. S. C. relata a Barb. in Concil. Trid. *sess. 24 c. 8*, pro ecclesia Abulensi, ubi mandatur poenitentiario assistere in confessionario, ne pœnitentes perquirere eum cogantur et, ob verecundiam eius inquisitionis, confessiones omittant » (1).

Al secondo — Dalle esposte teoriche discende assai chiara la soluzione del nostro caso. Il Capitolo di T. vuole escludere il Can. Penitenziere, quando siede nel confessionale, dalle distribuzioni avventizie; ed anche dalle quotidiane, quando non vi ha concorso di penitenti. — Sbaglia in tutto il Capitolo di T.; giacchè il Can. Penitenziere, quand' anche confessi un sol penitente nella propria chiesa; anzi quand'anche stia solo ad aspettarlo, perchè con più facilità possa confessarsi, ha diritto non solamente alle distribuzioni quotidiane, ma sì ancora a tutti gli emolumenti avventizii per funzioni che abbiano luogo o dentro o fuori la chiesa, non altrimenti che qualsivoglia altro canonico che v'intervenga.—Ne va escluso solo se fuori del coro fa cose estranee alle confessioni, ovvero siede, senza nulla fare, nel confessionale.

---

(1) Ciò che si è detto del can. penitenziere, dicasi pure di chi sia chiamato a surrogarlo, purchè ciò non si faccia in frode; come ancora degli altri che, in occasione di grande concorso, sono mandati dal superiore a coadiuvarlo (V. S. Alfonso e il Bouix *ll. cc.*).

III.

Se e come nelle Messe PRO VIVIS, *di rito semidoppio o semplice, si possa recitare qualche orazione* PRO DEFUNCTIS.

4°. Caso Liturgico

« Hanc secundam declarationem, qua firmatur, quod canonici et alii presbyteri ecclesiæ cathedralis possint ab Episcopo mulcta compelli ad audiendam lectionem canonici theologi, amplexi et secuti sunt Barbosa *supr. Concil. dicto Cap. I sess.* 5, *de ref. n. 11*, *et de canonic. cap. 27 n. 28*, Pac. Iordan. *Lucubr.* can. tom. 2 lib. *7 tit. 3 n. 48*, ubi testatur ita in sua Ecclesia Iadrensi practicasse, et appellationem a suo decreto et ordinatione interpositam fuisse rejectam, cui ipse quoque libenter adhaereo, motus ex sequentibus rationibus:

« Tum quia favet alia resolutio in *Urbinaten. 10 Maii 1663*, quam refert Pignatel. *consult. 62 n. 45 tom. 3*, et aliud decretum S. Congr. Episcop. *in Fundana 16 Martii 1593.* Tum quia clerici in rebus honestis tenentur obedire superiori *c. Si autem Vobis 11 qu. 3*, tum demum quia clerici omnes tenentur ignorantiam evitare et legem scire, ut alios erudiant: ignorantia enim Scripturarum, ignorantia Christi est, nec excusare digna nec venia *c. Ignorantia et c. Sicut stellas dist. 38.* Et cum hæc deficientia assistentiae cleri cathedralis sine scandalo laicorum non possit evenire, sequitur quod possint cogi, ut scandalum vitetur, ut probat Text. *in cap. Cum ex iniuncto* § *Super De nov. oper. nunc.* ubi *glos.*—Hicque verum sit dicere quod attendendum est quod licet secundum aequitatem, quoad decet secundum honestatem, et quod expedit secundum utilitatem ad text. in *cap. Magnæ De Vot. et vot. redempt.*

« Cetera autem eiusdem S. Congregationis Con-

i) E se possono costringersi, possono pure colla sanzione di una multa. La quale non deve considerarsi come quella della puntatura, che va tutta a vantaggio dei presenti, tenendo luogo delle distribuzioni quotidiane; ma come una semplice pena, da applicarsi agli usi pii determinati dal Vescovo.

l) Le risoluzioni del caso trovano la lor ragione nei prefati principii, e segnatamente nelle peculiari disposizioni sinodali e nella consuetudine del luogo.

III.

In quali usi debba convertirsi la eredità di chi lascia tutto il suo patrimonio a vantaggio dell'anima propria.

Camerinen. Commutationis voluntatis — 17 Dic. 1887 — Le sorelle Marianna e Loreta M., con disposizione testamentaria, lasciarono eredi di tutto il loro avere le anime proprie, nominando un esecutore testamentario. Questi vendette i beni della eredità e della somma ricavatane fe' celebrare messe e sovvenne a molti poveri. Rimanendo ancora un residuo di danaro, si rivolse alla S. Sede con chiedere la facoltà di erogarlo a vantaggio di taluni parenti poveri e di altre opere pie.

La S. C., esaminata la istanza, e la favorevole relazione del Vescovo, il dì 17 dicembre 1887 dichiarò: *Non indigere.*

E che non v' era bisogno di concessione pontificia, si ricava dal tenore medesimo del testamento. Lasciando le testatrici tutto il loro asse a bene delle anime loro, e nominando l'esecutore testamentario, con ciò stesso dettero a questo facoltà di applicarlo a quegli usi pii che meglio a lui fossero sembrati.

Ecco su tal proposito l'insegnamento dei dottori: Il Reiffenstuel *in tit. De testam. in fin. n. 820* dice: « Quaeritur VIII quomodo habere se debeant executores si testator dicit: volo ut haec impendantur pro salute animæ meæ vel pro Dei gloria?—In hoc casu satisfacere executores si relicta applicent uni vel pluribus piis causis, inter quas haud dubie etiam sunt pauperes, adeo ut in simili casu etiam uni soli pauperi tota relicta substantia dari queat si eadem indiget. Menochius *lib. 4 Prasumpt. n. 1* et communis aliorum. Ratio est quia revera satisfit voluntati defuncti, cum quidquid pro causa pia, sive una, sive pluribus expenditur ad Dei gloriam et animæ salutem ».

Il Pitonio *tom. 4 Discept. eccl. 148*: « Quoties instituta, aut substituta reperitur anima ipsius testatoris, talis dispositio, tamquam in animam directa, aequipollet institutioni causae piae, sive piorum operum, adeo uti integrum patrimonium veniat erogandum in piis operibus in levamen et suffragium animae defuncti cessuris, ex Bartol. in *l. 1 n. 64 De sacros. Eccles.*, Clarus *lib. 3.* §. *Testament. quaest. 6 n. 6* etc. »

Sacra Congregazione de' Riti.

I.

Circa la festa della commemorazione di S. Paolo e la concorrenza della festa de' Ss. Apostoli Pietro e Paolo col Titolare.

Engolismen — 14 Jul. 1887 — R.mus D.nus Alexander Leopoldus Sabaux hodiernus Episcopus Engolismen Sacrorum Rituum Congregationi insequentia Dubia pro opportuna resolutione humillime subiecit, nimirum

Dubium I. Quum Commemoratio S. Pauli Apostoli incidit in Dominicam,

---

cilii et præsertim in *Civitatis Plebis 15 Martii 1692*, quibus declaratum fuit quod canonici et presbyteri non confessarii non possunt cogi sed tantum hortari ad interessendum conferentiis casuum conscientiæ, non obstant, quia de his non loquimur; sed de lectione et explicatione Sacræ Scripturae in Ecclesia Cathedrali publice ex suggestu coram clero et populo ad præscriptam formam Concilii habenda, in qua conveniens est, quod canonici et presbyteri servitio cathedralis addicti interveniant et assistant non solum ut erudiantur, sed ut vitetur scandalum et praebeant bonum exemplum laicis: multo plus enim intelligitur, quod oculis videtur, quam quod aure percipitur, et quæ in aliis membris ecclesiæ vacant a culpa, in clericis habentur illicita *cap. 1 dist. 32* et ut mens clara Concilii servetur.

« Compulsio tamen huiusmodi debet esse moderata, et censeo, quos Episcopus debet uti multa, ubi et postquam suavitas hortationis prius adhibita non profuit: et laudarem quod ipsemet aliis curis non detentus assisteret, ut facilius et alacrius ecclesiasticos suo exemplo ad obediendum ita disponat. »

provisum est per Decretum in *Mechlinien* die 22 Maii 1841, ad 2. Quaeritur num, etiam quando Commemoratio S. Pauli infra hebdomadam occurrit, et solemnitas Ss. Apostolorum Petri et Pauli juxta praxim Galliae Ecclesiarum, in Dominica celebrata, Missaque de ambobus ut in die festo cantata fuit, num secunda sollemnitas agenda sit de solo S. Paulo in alia Dominica, et Missa de eodem cantanda in Ecclesiis, ubi est Patronus, vel Titularis?

Dubium II. Juxta Kalendarium Diœcesanum, cum Proprio approbatum anno 1884, festum Sancti Martialis recolitur die 3 Julii sub ritu Duplicis secundae classis, qua die iam ante annum 1884, celebratur. Verum ubi est Patronus vel Titularis, ex consuetudine, die proprio natali, scilicet 30 Iunii recolitur, Commemoratione S. Pauli Apostoli in diem 3 Julii fixe translata.

Quaeritur quomodo rite ordinanda sit solemnitas SS. Apostolorum Petri et Pauli in Ecclesiis ubi S. Martialis est Patronus vel Titularis, quando dies 30 Junii sit Dominica?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisitoque voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, ita propositis Dubiis rescribendum censuit, scilicet:

Ad. I. *Etsi Commemoratio S. Pauli alicuius loci Patroni vel Titularis infra hebdomadam occurrat, servetur Decretum in Mechlinien, die 22 Maii 1841* (1).

Ad. II. *Solemnitas SS. Apostolorum celebretur in casu die 30 iunii, et festum S. Martialis recolatur die 3 iulii tamquam in sede propria sicuti in reliqua Dioecesi, ejusque solemnitas peragatur Dominica altera insequenti.*

Atque ita rescripsit et servari mandavit die 14 Julii 1887.

Pro E.mo R.mo
D. Card. D. Bartolini *Praefecto*
D. Card. Serafini.

II.

Se, quando occorre di trasferirsi il titolare, gli si debba pure l'ottava.

Engolismen — 26 febr. 1887—Quum R.mus D. Alexander Leopoldus Sabaux hodiernus Episcopus Engolismen a Sacrorum Rituum Congregatione declarari humillime petierit,

Utrum sanctus Eparchius Dioeceseos Patronus propter occurrentiam solemnitatis translatae Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, a die 1 Julii ad Dominicam immediate subsequentem translatus octava sit donandus ubi est Titularis?

Sacra Rituum Congregatio ad relationem infrascripti Secretarii, respondit: *Affirmative.*

Atque ita declaravit ac rescripsit die 26 Februarii 1887.

D. Card. Bartolinius
S. R. C. Praefectus
Laurentius Salvati
Secretarius

Sacra Congregazione delle Indulgenze

I.

Si estende alle Confraternite della SS. Trinità, del Carmine e dell'Addolorata la dichiarazione fatta nel 1914 per le Confraternite del SS. Rosario, in cui si richiede l'approvazione del Generale dell'Ordine.

Decretum —16 Iul. 1887—Piae quaedam Sodalitates sicut a Regularibus Ordinibus suam repetunt existentiam, ita earumdem erectio iure quodam proprio eisdem Ordinibus competit. Inter has sunt recensendae Sodalitates Ssmae Trinitatis, B. Mariae Virginis a Monte Carmelo, nec non a Septem Doloribus, quae

---

(1) Ecco il tenore del cit. decreto: " 1. Quo ritu celebrari debeat in praedicta Ecclesia (Antuerpien.) Commemoratio S. Pauli pridie Kalendas Iulii, et an quoad primas Vesperas servanda sit rubrica Breviarii, quandoquidem Festum Conversionis S. Pauli octavo Kalendas februarii ibidem colitur ritu duplicis primae classis cum octava, tamquam titulus Ecclesiae?

" 2. Utrum Missa Solemnis principalis esse debeat de commemoratione S. Pauli, si hoc festum celebrandum sit ritu duplici primæ classis, et incidat in Dominicam, vel an illa missa esse debeat ut in festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, ratione solemnitatis eorumdem, prout fit in Dioecesi? „

S. R. C. respondit: Ad 1. Iuxta peculiarem hujus festi rubricam.—Ad 2. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

a respectivis Ordinibus Regularibus sunt institutae ac proinde ab ipsis iure ordinario eriguntur. Verum experientia compertum est Sodalitates supradictas insciis omnino supremis Moderatoribus eorum Ordinum ad quas memoratae Sodalitates pertinent, auctoritate tantummodo Episcoporum saepenumero erectas reperiri, eo quod plerumque cum illis vigore Literarum Apostolicarum facultas tribuatur erigendi in genere Sodalitates cujuscumque tituli et invocationis cum respectivis Indulgentiis praelaudatas quoque Sodalitates ipsi erigunt sola vi generalis comunicationis Indulgentiarum, quae sunt propriae Archisodalitatum in Urbe existentium, quin ulla fiat in Apostolicis Literis expressa derogatio privilegiorum praefatis Ordinibus quoad erectionem suarum Sodalitatum concessarum.

Quum vero Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita ad praepediendos abusus et confusiones removendas declarasset per Decretum diei 19. Augusti 1747 approbatum et confirmatum sub die 26 ejusdem mensis a S. M. Benedicto Papa XIV, Sodalitates, a Ssmo Rosario erectas, inscio Magistro Generali Ordinis Praedicatorum, haud subsistere, ideoque carere omnino Indulgentiis ejusdem Sodalitatis propriis, Priores Generales Ordinum Ssmae Trinitatis, Carmelitarum et Servorum Beatae Virginis quum animadverterint quoad erectionem suarum Sodalitatum ex Apostolicae Sedis benignitate sibi commissam eosdem abusus, similesque confusiones irrepsisse, quae locum iam habebant in erectionibus Sodalitiorum Ssmi Rosarii, humiles porrexerunt preces Ssmo Dno Nostro, quatenus superius memoratam declarationem non semel editam pro Sodalitatibus SS.mi Rosarii benigne pariter extendere dignaretur ad Sodalitates Ssmae Trinitatis, Beatae Mariae Virginis a Monte Carmelo et a Septem Doloribus; ita nempe, ut contingat, non obtenta prius ab eorumdem Ordinum Supremis Moderatoribus praedictas Sodalitates constitui, sub quovis praetextu cujuscumque facultatis specialis in qua nulla fiat expressa derogatio privilegii hac super re, dictis Ordinibus concessi, Sodalitatum erectio nullius sit roboris adeoque Indulgentiis minime perfruatur.

Quas preces Ssmo Dno Nostro Leoni Papae XIII ab infrascripto Secretario in Audientia habita sub die 16 Iulii hujus devolventis anni relatas, idem Ssmus peramanter excepit, ac praevia sanatione omnium supradictarum Sodalitatum, insciis Prioribus Generalibus memoratorum Ordinum huc usque erectarum quas validas esse declaravit, in posterum voluit ac mandavit ut ad omne dubium removendum nec non abusus praecavendos, non aliter praedictae Confraternitates, seu Sodalitates erigantur, nisi requisitis antea et obtentis a laudatorum Ordinum Superioribus pro tempore existentibus literis facultativis pro eorumdem erectione, ita tamen ut iidem Priores Generales pro huiusmodi Confraternitatum seu Sodalitatum erectionibus consuetas literas Sacerdotibus suorum Ordinum, vel ubi eorum Conventus non existunt, aliis ecclesiasticis viris sive regularibus sive saecularibus etiam Episcopis bene visis expediant, ipsaeque literae non nisi de consensu Ordinariorum, servatisque reliquis omnibus in hujusmodi erectionibus ex Apostolicis Constitutionibus servandis ac servari solitis exsecutioni mandentur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria S. Cong. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae die 16 Iulii 1887.

fr. Thomas M. Card. Zigliara
Praefectus

Alexander Episc. Oensis
Secretarius.

II.

Le congregazioni sotto il titolo dell'Annunziata, e quelle della buona morte, devono aggregarsi alle Prime Primarie di Roma, dirette dai PP. Gesuiti.

Beatissime Pater,

Antonius M.a Anderledy Praepositus Generalis Soc. Iesu ad pedes S. V. provolutus demisse exponit, olim Congregationes B. Mariae Virg. et Bonae Mortis, ut in ecclesiis Societatis ortum habuerunt, ita, etsi ab aliis erigerentur, Indulgentias a Sede Ap.lica illis concessas consequi non potuisse, nisi a Praeposito Generali Soc. Iesu, cui ad id ampla facultas a pluribus Romanis Ponti-

ficibus concessa et saepius confirmata est, Primariis Congregationibus eiusdem tituli in Collegio Romano sive in Ecclesia Ss.mi Nominis Iesu canonice erectis aggregarentur. Ex qua quidem benigna S. Sedis dispositione inter alias haec inprimis utilitas promanabat, quod omnes illae Congregationes, etsi per totum orbem erant diffusae, iisdem tamen regerentur legibus et usibus et communi quodam vinculo colligatae sancta inter se aemulatione ad bona quaeque opera stimulos sibi iniicerent, atque plurimos ad Dei gloriam et animarum salutem proferrent ubique fructus insignes.

Verum ab aliquo tempore dictae Congregationes B. Mariae Virginis et Bonae Mortis ab aliis quoque non tantum (ut iam pridem in usu fuerat) eriguntur, verum etiam Indulgentiis ab hac S. Sede ipsis concessis ditantur, ita ut nullatenus ad Primarias illas Congregationes Romanas aggregentur, sed singulae earum per Orbem sparsae, nullo vinculo inter se nec cum illo communi centro coniunctae remaneant.

Quae praedictus Orator enixe et humiliter rogat, ut S. V. si ita expedire ad maiorem eorum Congregationum profectum videatur, benigne statuat, Congregationes B. Mariae Virginis et Bonae Mortis, etsi ab aliis sint erectae, nihilominus Indulgentias eis a Romanis Pontificibus concessas non posse consequi in posterum, nisi, ut iampridem usus ferebat, a Societatis Iesu Praeposito Generali, obtento utique Ordinarii loci consensu ad primarias Congregationes Romanas fuerint aggregatae.

Et Deus etc.

Ss.mus D. N. Leo Papa XIII in Audientia habita die 17 Septembris 1887 ab infrascripto Secretario S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae benigne annuit pro gratia iuxta preces. Praesentim in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 17 Septembris 1887.

Pro E.mo Card. Zigliara *Praef.*
M. Card. Ledochowski

Alex. Episc. Oensis *Secretarius.*

III.

Le confraternite della B. V. della Salute, di S. Giuseppe e di S. Camillo devono aggregarsi all'Arciconfraternità di Roma nella Chiesa di S. M. Maddalena.

Beatissime Pater,

Inter plurimas quae vigent piae Sodalitates in honorem Beatae Mariae Virginis institutae, ea quoque adnumeranda est, quae titulo gaudet eiusdem Beatae Mariae Virginis *a Salute* nuncupatae, nec non Sancti Iosephi et Sancti Camilli de Lellis Confessoris. Haec unam repetit originem a Clericis Regularibus Infirmis ministrantibus, qui eam primitus erexerunt in Ecclesia principe sui Ordinis S. Mariae Magdalenae poenitenti in hac alma Urbe dicata, quam deinde in reliquis etiam propriis Ecclesiis propagarunt. Progressu temporis supradicta Sodalitas titulum quoque Archisodalitatis assignata est cum facultate alias sibi similes sodalitates aggregandi eisque communicandi Indulgentias quibus a Romanis Pontificibus ditata est. Quamvis autem praefatum ius aggregandi nonnisi uni supremo Moderatori Archisodalitatis tributum sit, qui ipsemet est Praepositus Generalis Ordinis Clericorum Infirmis Ministrantium, attamen cum praedictarum Sodalitatum erectio ipsis etiam competat Episcopis, saepenumero contigit, ut ob facultatem illis collatam ex speciali apostolico Indulto erigendi Sodalitates cum Indulgentiis, quibus in Urbe perfruuntur respectivae Arciconfraternitates supramemoratam quoque Sodalitatem erigant absque ulla exhibita petitione Aggregationis Sodalitatis Moderatori.

Id vero uti experientia comprobat in eiusdem sodalitatis bonum minime vergit. In his siquidem sodalitatibus tali modo erectis, quae nullo inter se vinculo coniunguntur cum sodalitate primaria, quae ab Apostolica Sede uti centrum aliarum fuit constituta, paulatim ea deficit unitas directionis piorumque usuum uniformitas, quae maxime confert ad incrementum honoris et devotionis erga Beatissimam Virginem nec non majoris spiritualis boni ipsorum sodalium. Haec secum reputans Ioachim Ferrini hodier-

nus Vicarius Generalis Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium supplices admovet preces Sanctitati Vestrae quatenus benigne decernere dignetur ut in posterum sodalitates sub titulo Beatae Mariae Virginis *a Salute* ac Sancti Ioseph ejus Sponsi et Sancti Camilli Confessoris canonice erectas, per Rev.morum Ordinariorum Decretum extra Ecclesias Ministrantium Infirmis, frui nullimode posse Indulgentiis gratiis et privilegiis a Romanis Pontificibus Archisodalitati Romae existenti in praefata Ecclesia nisi fuerint Eidem Archisodalitati praevio R.morum pariter Ordinariorum consensu, aggregatae per patentes litteras ab eodem Praefecto Generali eorumdem Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis expediendas. Et Deus etc.

Ex audientia SS.mi, diei 19 novembris 1887.

Sanctissimus Dominus Noster Leo XIII benigne annuit pro gratia iuxta preces servatis de jure servandis. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex secretaria S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae die 19 Novembris 1887.

CAIETANUS *Card.* ALOISI MASELLA
Praefectus.

ALEXANDER *Episc.* OENSIS *Secret.*

IV.

Novelle indulgenze annesse alla recita dell'Officio piccolo della B. V.

Urbis et Orbis—*Ex Audientia SSmi diei 17 Novembris 1887* — Pia et laudabilis iamdiu viget consuetudo longo saeculorum decursu numquam interrupta apud Christifideles speciali cultu prosequendi Beatissimam Virginem Mariam devota recitatione parvi Officii, quod in honorem eiusdem Virginis extat in Breviario Romano a S. Pio V recognito et approbato. Ad quam praedicti Officii lectionem et usum ut maius adderet incitamentum idem sanctus Pontifex aliquas Indulgentias, nedum iis qui illud persolvere tenebantur diebus in Rubrica praefinitis, sed et ceteris Christifidelibus, quibus ex propria devotione mos erat ipsum recitandi clementer elargitus est. Quo vero ista tam salutaris Christiano populo consuetudo recitandi mariales laudes maius accipiat incrementum, hac praesertim aetate, qua ad Deiparam Virginem fidenter confugiendum est, ne tot, quibus undique premimur, aerumnis obruamur, SSmo Domino Nostro supplices exhibitae sunt preces, quatenus usum recitandi parvum Officium Beatae Mariae Virginis ditiori Indulgentiarum thesauro promovere dignaretur. Has porro preces idem SSmus peramanter excipiens valdeque exoptans, appropinquante iam anno quinquagesimo a quo Sacrum primum litavit, erga sanctissimam Dei Genitricem suae venerationis gratique animi novum edere testimonium, et in Christifidelibus magis fovere studium ac pietatem ut memorato laudum praeconio pergant eidem divinae Matri cultum exhibere et honorem, Indulgentias, uti sequitur benigne concessit; nempe 1° *Plenariam*, lucrandam quolibet anni mense, die uniuscuiusque arbitrio eligendo, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui mense integro quotidie totum parvum Officium B. Mariae Virginis, idest Matutinum, quod uno tantum constat nocturno diei currentis cum reliquis horis usque ad Completorium inclusive, devote recitaverint, dummodo praefato die vere poenitentes, confessi ad sacram Synaxim accesserint, piasque ad Deum preces aliquo temporis spatio ad mentem Sanctitatis Suae effuderint: 2° *Septem annorum totidemque quadragenarum*, semel in die acquirendam ab iis Christifidelibus qui praefatum parvum Officium devote pariter et corde saltem contrito persolverint: 3° *Tercentum* demum *dierum*, ab iis similiter semel in die lucrandam, qui Matutinum tantum, uti supra, cum Laudibus devote ac corde item contrito recitaverint.

Quas omnes Indulgentias eadem Sanctitas Sua animabus quoque Christifidelium in Purgatorio detentis fore applicabiles benigne declaravit. Praesenti *in perpetuum* valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae die 17 Novembris 1887.

CAIETANUS *Card.* ALOISI MASELLA
Praefectus.

ALEXANDER *Episc.* OENSIS *Secret.*

SULL' INSEGNAMENTO DEL PICCOLO CATECHISMO

ATTI DELLA SANTA SEDE

(Continuaz.—V. p. 227 di q. P.)

Costituzione di Benedetto XIV, in cui si dichiara l'obbligo d'insegnar la Dottrina Cristiana e si prescrive il metodo e le norme per compiere siffatto dovere.

Benedictus Papa XIV

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem.

Etsi minime Nobis dubitandum sit, omnes quibus animarum cura credita est, Vosque praesertim, Venerabiles Fratres, ad Apostolatus officium evectos, atque in Praelationis fastigio a Deo constitutos, in id potissimum solicitudinem intendere, ut Christianus Populus Coelestis doctrinae pabulo enutritus et rudimentis Fidei saluberrime instructus, in semitam Mandatorum Domini, facem Vobis praeferentibus, feliciter dirigatur: temperare tamen non possumus, quin vos ipsos Nostrae Auctoritatis, ac paternae dilectionis stimulis excitemus ad tam pium, tamque salutare opus Doctrinae Christianae impensiori cura provehendum, sublatis iis impedimentis, quae animarum saluti adversantur.

1. Quia vero scientibus Legem loquimur, et vigiles Ecclesiarum hortamur Antistites, quibus nec pietatis, nec alia sacrarum Litterarum desunt praesidia, supervacaneum ducimus plurimis urgere argumentis, non satis esse ad coelestem beatitudinem assequendam, confusim, et involute credere a Deo revelata, et ab Ecclesia Catholica proposita mysteria, sed hanc coelestem doctrinam divinitus traditam, et quae ex auditu concipitur, Doctoris legitimi ac fidelis ministerio ita esse accipiendam, ut singillatim illius capita explicentur, et eorum aliqua necessitate *medii*, aliqua vero *praecepti* fidelibus ad credendum proponantur. Praeterea licet per fidem iustificari dicamur, cum ea sit humanae salutis initium et fundamentum; ad futuram tamen, quam inquirimus civitatem ut pervenire aliquando mereamur, satis compertum est, solam fidem non sufficere; sed viam nosse, constanterque tenere oportere, nempe praecepta Dei, et Ecclesiae; tum virtutes, quas persequi, tum vitia quae studiose declinare debemus.

2. Quae quidem omnia cum primis Catholicae fidei rudimentis, sive *Doctrina*, ut aiunt, *Christiana*, contineantur, Episcopalis muneris exegit ratio, ut illa in singulis Dioecesibus, et ubique locorum recte, atque ex ordine explicetur; nec posse Episcopos sine tacito conscientiae convicio illam negligere, sed in hoc opus maxime necessarium omnem curam, et diligentiam conferre debere. Id tamen oneris non ita Episcopo impositum esse intelligimus, ut ipse per se Doctrinae Christianae semper intersit, pueros interroget, et mysteria fidei, quam profitemur aperiat: Nimium quippe novimus, in Pastoralis sollicitudinis munere praegravari apostolicae servitutis sarcinam, ac plane intelleximus, cum Anconitanam primum, tum deinde Bononiensem Ecclesiam regeremus, multis, variisque curarum veluti fluctibus jactari Praesulem suo satis muneri facere cupientem. Id vero futurum affirmamus, ut si Episcopus, alieno etiam a Visitatione Dioecesis tempore, quandoque adsit ubi doctrina traditur Christiano homine digna pueros, puellasque de rebus antea auditis scisciteur, ac Mysteria nostrae Religionis evolvat, et annunciet; Pastoris operam in maximam crediti sibi Gregis utilitatem cessuram, eiusdemque exemplum alios excitaturum ad Vineam Domini Sabaoth pro viribus excolendam.

3. Hanc administrandae Ecclesiae quasi legem sibi dixerunt nedum veteres, sed recentiores etiam Praesules, Beatorum Civium Albo adscripti; Carolus nempe Borromaeus, Franciscus Salesius, Turribius Alexander Sauli, quorum aliqui (ut literis consignatum est) cum gravioribus distenti, atque impediti curis, adesse coram non possent, opere ac diligentiae suae Vicarium aliquem ex Canonicis, aut ex Sacerdotibus designabant, qui, susceptis Pastoralis Ministerii partibus, adolescentulos ad omnia religionis officia fidei elementis informarent.

4. Optimum ergo, et ad profectum animarum maxime accommodatum erit Antistitis exemplum, si quod antea dictum est, id omni

tempore, praesertim vero dum obit Dioecesim, in singulis Paroeciis impleverit. Sed, ut quisque facile coniiciet, ad hoc vires eius non suppetunt. Ideoque ut propositum assequatur necesse est, diligentia, quanta potest maxima, curet, ne in aliis, quos tam laudabilis, tamque fructuosi operis Vicarios constituit, studium, ac sedulitas desideretur.

5. Duo potissimum onera a Tridentina Synodo Curatoribus animarum sunt imposita: alterum ut festis diebus de rebus divinis sermonem ad populum habeant; alterum ut pueros, et rudiores quosque, Divinae legis, Fideique rudimentis informent. Si statis diebus eam Parochi concionem habebunt, quae non persuasibilibus humanae sapientiae verbis obstrepat auribus, sed captui Auditorum accommodata in eorum animos ostensione spiritus illabatur; si Mysterium aliquod annunciabunt, in primis vero, quod eo tempore Ecclesia recolit, ea disserentes, quae ad virtutem incitamento sint, et ad vitia fugienda, graviora praesertim, et quae foedius grassantur in populo; si diebus ipsis (hoc enim pariter debent suo muneri) pueros tamquam infantes modo genitos nutriant doctrinae lacte, nunc hos, nunc illos interrogando, dubia, atque involuta explicando: si demum cum Apostolo attendant lectioni, exhortationi, et doctrinae, ut perfectus sit homo Dei, et ad omne opus bonum instructus: fas est credere exitum optatis respondere posse, et populum acceptabilem sectatorem bonorum operum facile extiturum.

6. Verum satis experientia compertum est, imparem esse solius Parochi laborem: cum nequeat unus omnes instruere, ubi Doctoris diligentiam numerus vincit. Quoties tamen Episcopus toto animo et studio in Ecclesiam sibi commissam incumbat, numquam necessariis et opportunis destituetur auxiliis. Semper enim invenias qui Tonsuram initiari, qui per minorum, qui per sacrorum ordinum gradus ad Sacerdotii fastigium promoveri, qui denique ad Ecclesiastica Beneficia viam sibi munire studeant. Gravissimis idcirco verbis (et verbis facta respondeant) affirmet Episcopus, numquam se facturum ut Tonsura inauguret grandiores aetate, aut Minores, praesertim vero Maiores ordines iis conferat, qui in tradenda Christiana doctrina operam suam Parochis commodare neglexerint. Hunc porro Clericorum numerum idem Episcopus in singulas suae Civitatis et Dioecesis parochias apte distribuat, et eorum aliquos determinatae Ecclesiae adscribat. Denunciet praeterea, ac fidem praestet, in conferendo parochiarum, et aliorum beneficiorum Iure plurimum apud se ponderis, et momenti habiturum studium, et diligentiam in hoc opus a clericis collatam: atque ita re ipsa constabit, non rectori tantum impositum esse docendi munus, sed plures illi praesto esse, ut omnes officii sui numeros cumulate implere possit.

7. His accedit, Sacris Apostolicis Constitutionibus, et septima praesertim fel. recor. Leonis X Praedecessoris Nostri edita in Concilio Lateranensi saluberrime cautum fuisse, ut tam ludimagistri discipulos suos, quam piae feminae puellas instituentes, sana, et incorrupta doctrina, (Episcopo id potissimum urgente) tamquam pabulo vitae, nutriant, et confirment. Constat etiam, ipsum Episcopum posse, ac debere sacris Oratoribus quam diligentissime commendare, ut pro concione in parentum aures animosque ingerant, sua interesse mysteriis nostrae Religionis susceptam prolem imbuere; et si ad id minus idonei fuerint, filios in Ecclesiam adduci oportere, in qua divinae Legis praecepta explicantur. Pluribus idem in locis pia, ac laudabilis, et ubi non sit recepta, inducenda consuetudo invaluit, ut parocho idem munus persequendi auxilium ferant laici tum viri, tum mulieres, in christiana institutione veluti adiutricem operam navantes, qui audiunt pueros, ac puellas Orationem Dominicam, Angelicam Salutationem, Symbolum Apostolorum, aliaque id genus memoriter pronunciantes. Alibi quoque sodalitia exacta sunt, quorum cura in explicanda christianae religionis disciplina versatur, et quorum istitutum nedum meritis laudibus cumulat san. mem. Pius V in sua Constitutione quae incipit: *Ex debito;* sed in omnibus etiam dioecesibus propagari enixe exposuit. Quae quidem omnia in unum

collecta si sedulo perpendantur, certum omnibus, atque exploratum erit, ubi multa sit messis, paucos nequaquam esse Operarios, nec eos deesse, qui parvulis panem petentibus frangant.

8. Sed quia compertum est, non solum adolescentulos, illosque qui confirmata sunt iam aetate, in divinarum rerum ignoratione versari, sed etiam viros ipsosque senes salutaris Doctrinae esse omnino expertes vel quia numquam illa perceperunt, vel quia iamdiu perceptam paulatim delevit oblivio: huic etiam malo provida Episcoporum occurret vigilantia, si operis sui Vicarios cogent quae parata sunt remedia sedulo adhibere.

9. Ut autem ab iis, qui in prima sunt ætate, sermo instituatur, ad sacram Eucharistiam et Confirmationem admitti plures postulant: pauci enim enixam hanc voluntatem, ac fere impatiens studium non præseferunt. Moneat igitur Episcopus Parochos eisque districte praecipiat, ne quis eorum sacrum Eucharistiae Sacramentum administret, *Schedulam*, ut aiunt, Confirmationis iis tradat, qui graviora fidei, et doctrinae capita, et Sacramenti virtutem, et vim ignoret, vel quia parum in hoc tyrocinio profecerint, vel quia ea neglexerint audire, quæ ad huiusmodi Sacramenta pie, riteque suscipienda satis temporibus tradita sunt. Hoc sane pacto primae aetatis satis videri potest consultum.

10. Si vero loquamur de adolescentia, quoniam unusquisque proprium donum habet ex Deo, usu satis constat, alios Ecclesiasticae, alios vero saecularis vitae rationem inire. De primo hominum genere verba iam fecimus, cum de iis ageremus, qui ordinibus initiari volunt. Id unum addi posse videtur, rem fore magni commodi, multaeque utilitatis plenam, si qui se sistunt examini, eos Praesul potissimum interroget de iis, quibus Christiani hominis scientia continetur. Etenim magistra rerum experientia edocuit, ex his aliquos, tametsi latini sermonis nitore et elegantia excultos, in scientiarum curriculo liberaliter institutos, et quæ ad Ordines pertinent apprime callentes, de doctrina tamen christiana percunctanti parum, aut nihil apposite respondere.

11. Si autem ad eos, qui in saeculo degunt mentis aciem convertimus, palam fit, illos ut plurimum sacri conjugii foedere inire. Verum cum matrimonio jungendi non sint, si Parochus, ut debet, prius interrogando deprehenderit, marem seu foeminam, quae ad salutem necessaria sunt, ignorare: vix tantae ac tam luctuose ignorantiae locum relinquet Episcopus, qui Pastores animarum admonet officii sui, et huic si desint, negligentiae repetat poenas.

12. Omnes denique omnium aetatum, atque Ordinum homines solent identidem sordes animae poenitentiae Sacramento detergere. Curabit itaque Episcopus ut Sacerdos excipiens confessiones, fixum illud, immotumque animo semper habeat, invalidam esse Absolutionem Sacramentalem quam quis ignoranti res necessarias necessitate *medii* impertitur, nec posse homines Deo per huiusmodi Sacramentum reconciliari, nisi prius excussa huius ignorantiae caligine, ad agnitionem fidei educantur. Sedulo etiam animadvertet confessarius, in aliud tempus reiiciendam esse absolutionem illius, qui necessaria necessitate *praecepti* suo vitio nescit; et eo quandoque casu poenitentem absolvi posse, quo se vincibilis huius ignorantiae reum agnoscat, et accuset; ac intime dolens, tum a Deo veniam precetur, tum confessario serio promittat, operam se impense daturum, qua, divinae gratiae præsidio, discat etiam necessaria necessitate *praecepti*.

13. Hanc profecto Christiani populi instituendi rationem si Pastores sibi proposuerint, si eorum consilia, labores, et studia ad propositam methodum duxerint referenda; sperare fas est, fide, et opere gregem ita in dies profecturum, ut coaedificetur in hoc habitaculum Dei in Spiritu Sancto. At vero cum maximi momenti ea res sit, nullaque alias ad Dei gloriam, et ad animarum salutem utilius instituta, mirari nemo debet, quod plurima passim obiiciantur impedimenta.

14. Sitae quandoque sunt in agro parvæ humilesque Ecclesiae aliae Parochiali proximae, aliae vero longo intervallo disiunctæ, ad quas diebus festis patresfamilias una cum

liberis accedunt sacerdotem sacris operantem audituri, ex quo fit, ut suae parochiæ numquam fere intersint, nec ullam de mysteriis fidei de praeceptis, de sacramentis verbum accipiant. Episcopus huic malo occurret, suamque obiiciet auctoritatem. Et primo quidem, quoad parvas Ecclesias parochiali proximas, expressa lege caveatur, ne quis antea sacrificium faciat, quam parochus missam celebraverit, sermonem habuerit, coeterasque sui muneris partes absolverit. Hoc enim pacto Ecclesia Parochialis confluentium parochianorum numero celebrabitur. Quo vero ad parvas Ecclesias a parochiali longe sepositas, cum difficile admodum sit, parochianos ob locorum distantiam, longum iter, atque asperum, hyemali praesertim tempore, cum pluviae inundant, parochialem adire, ibique divinis officiis interesse, relicta ecclesia proximiore; decernat Episcopus, gravibus etiam statutis poenis, quod Sacerdotes ibi operantes christianae doctrinae summam populo tradant, divinamque legem annuncient. Monendus tamen est Parochus, ne alienae operae nimium tribuat, sed videat ipse quo loco res sint, cum pueri sacramentum Eucharistiae et Confirmationis, alii vero Matrimonii, sibi administrari exposcant.

15. Praeterea sua etiam urbes habent impedimenta. Saepe enim contingit in aliis Ecclesiis, ac præsertim Regularium, solemni ritu, magnaque populi frequentia, festum aliquem diem celebrari: ideoque si in Ecclesia Parochiali, summo mane, aut statim a prandio Catechismus habeatur, aut nemo aut pauci admodum sunt, qui eidem Catechismo intersint, quique praescriptas horas non causentur. Sin vero captentur horae Civitatis commodo magis appositæ, usu compertum est, Populum ad Ecclesiam confluere, in qua festus dies agitur; et celebritate pompae illectum Doctrinam christianam non sine gravi animae detrimento deserere. In hoc articulo, quia certa et communis regula praescribi non potest, id totum relictum esse volumus prudentiae vigilis Ecclesiae Antistitis, qui attenta loci, temporis, personarum qualitate, expensisque rerum omnium momentis, ita studeat solemnis diei celebritatem cum Doctrina Christiana componere, ne alteri altera sit impedimento. Quod si Regulares, et exempti contradixerint, et sanctum hoc Doctrinae opus, licet ab Episcopis prius admoniti, suis functionibus perturbare praesumpserint, Nostram locorum Ordinariis auctoritatem, qua potimur in exemptos pollicemur; nec alia Pontificiae vigilantiae deerunt remedia, ne Parochiales Ecclesiæ debitis fraudentur obsequiis.

16. Plurimum quoque ad Christiani Populi institutionem conferre poterit si Visitatores eligantur, quorum alii Civitatem, alii Dioecesim lustrantes, omnia sedulo inquirant, ut certior factus Episcopus, pro meritis cuiusque Pastoris, aut praemia decernat, aut poenas.

17. Clementis Papæ VIII, aliorumque Praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, hortamur in Domino, et enixe commendamus, in Doctrina Christiana tradenda adhibere libellum de Clementis eiusdem mandato a Cardinali Bellarmino conscriptum, mox in deputata Congregatione diligenter examinatum et approbatum; ac denique ab eodem Clemente in lucem eo saluberrimo consilio edi jussum, ut unus deinceps, idemque modus in docendo, et discendo Christianam doctrinam, ab omnibus teneretur. Nihil hac uniformitate optabilius; nihil ad praecavendos, qui in multiplicem Catechismorum varietatem irrepere possent errores, conducibilius, atque opportunius. Sicubi vero contingat, ob peculiares regionum necessitates, alium quempiam adhiberi forte libellum; sedulo invigilandum erit, nequid ille contineat, nequid in eum unquam inducatur, a catholica veritate absonum. Curandum insuper, ut in eo fidei dogmata clare et dilucide sint explicata, additis, quae desunt, necessariis, ac sublatis quae redundant. Brevis enim et univoca docendi methodus multum prodesse solet ad faciliorem interrogationem, cum quis periculum facit progressus puerorum.

18. Complectatur Liber huiusmodi etiam Fidei, Spei, et Charitatis Actus, quos recte scienterque compositos esse, minime dubitandum. Sed si aliter se res habeat, castigati emendato praelo donentur. Actus præ-

dicti paucis potius, quam multis verbis efferri gaudent; dum illis tamen tota vis, et natura virtutis explicetur. Et quo Christianam Religionem profitendi maxime necessaria est consuetudo et exercitatio saepius elicendi dictos Actus; idcirco ne illorus usus circumscribatur angustis finibus, et exiguo numero a quibusdam singulis annis praefinito; Episcopus suae non minus, quam alienae salutis studiosus, provide statuat, ut in Parochiis, tum Urbis, tum Dioecesis, Rectores animarum, post Missam festo die celebratam, statim ante Aram provoluti, clara et intelligibili voce dictos virtutum actus eliciant, et praeire satagant populo, verba ab ipsis prolata devote reddituro. Hoc enim pacto fideles sensim illos memoriae mandabunt, et assuescent, nedum festis, sed aliis etiam diebus, in hac pia exercitatione versari.

19. Saluberrimas has erudiendi gregis rationes quas Vobis, Venerabiles Fratres, per haec Apostolica scripta notas esse volumus, quisque vestrum facile intelliget, consonas esse *Monitis Nostris Pastoralibus* praelo jam demandatis, cum Sponsam Nostram Bononiensem Ecclesiam paterna charitate cominus amplecteremur: illasque praeterea ex Pontificiis Constitutionibus haustas esse, et spectabilium Antistitum testimonio et exemplo comprobatas. Quia vero maximam inde utilitatem proficisci experimento cognovimus; quo maiori possumus studio vos hortamur et admonemus, ac per Viscera Misericordiae Dei Nostri enixe obtestamur, ut pro iniuncto Vobis Pastoralis Ministerii debito, præmissorum executioni strenuo, constantique animo incumbatis: sedulo recogitantes, quidquid laboris, studii ac vigilantiae in hunc scopum collatum fuerit, Deum omnium bonorum datorem uberi mercede retributurum, et Apostolicam Benedictionem ex animo Vobis impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem die VII Februarii MDCCXLII, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

VENERABILIBUS

ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS BAVARIAE

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

Salutem et apostolicam benedictionem

Officio sanctissimo adducti muneris Apostolici, multum diuque, ipsi nostis, contendimus, ut res Ecclesiæ catholicæ apud Borussos haberent aliquando melius, atque in gradum dignitatis suum restitutæ, ad honorem pristinum amplioremque florescerent. Quæ consilia, qui labores Nostri, aspirante Deo et iuvante, sic processere, ut praeteritam querimoniam lenierimus, et spe teneamur de libertate catholici nominis plene ibidem tranquilleque fruenda. — Nunc autem animus est cogitationes et curas singulari quodam studio, ad Bavaros convertere. Non ea quidem caussa quod rem sacram eodem esse loco in Bavaria atque in Borussia erat, putemus; sed hoc optamus et cupimus, ut isto quoque in regno, quod catholica professione ab avis maioribusque gloriatur, incommoda quotquot insident de libertate detrahentia Ecclesiæ catholicæ, opportune resecentur. — Cuius maxime salutaris propositi ut ad effectum perveniamus, volumus et omnes aditus explorare, qui reliqui dentur, et quantum in Nobis auctoritatis opisque est sine cunctatione conferre. Atque vos opportune appellamus, Venerabiles Fratres, vestrâque opera filios Nostros e Bavaria carissimos appellamos omnes, ut quaecumque ad rationes fidei et religionis in gente vestra curandas et provehendas pertinere videantur, ea vobiscum pro potestate communicemus, de iis tribuamus consilia, de iisque ad ipsos civitatis rectores fidenter instemus.

In sacris Bavarorum fastis, res repetimus haud incognitas vobis, bene multa sunt, de quibus Ecclesia et civitas concordem capiant laetitiam. Nam fides christiana, ex quo divina eius semina, curâ studioque summo sancti abbatis *Severini*, qui Norici apostolus extitit, aliorumque Evangelii praeconum, in gremio regionis vestrae sunt sparsa, tam altas egit fixitque radices, nullâ ut deinceps neque superstitionis immanitate, neque rerum publicarum perturbatione et conversione exaruerit penitus. Quare, sub exitum saeculi septimi, factum est, ut, quum *Rupertus* episcopus sanctus Vormatiensis, Theodone invitante Bavariæ duce, christianam fidem per easdem regiones exsuscitandam amplificandamque aggressus esset, sane multos, tum cultores fidei tum eius amplectendae studiosos, in media superstitione repererit. Ipse autem eximius princeps, Theodon, quo fidei urgebatur ardore, romanum iter susce-

pit, et pronus ad sepulcra SS. Apostolorum, itemque ad augustum Iesu Christi Vicarium, exemplum pietatis et coniunctionis Bavariae cum hac Apostolica Sede primus edidit nobilissimum, quod alii subinde egregii principes sunt religiose imitati.—Per idem tempus Cardinalis *Martinianus*, episcopus Sabinensis, a sancto Pontifice Gregorio II. in Bavariam legatus est, qui rebus catholicis subsidia et incrementa afferret, sociique additi *Georgius* et *Dorotheus*, cardinales ambo Ecclesiae romanae. Non ita multo post Romam ad summum Pontificem profectus est *Corbinianus* Episcopus Frisingensis, vir sanctimonia vitae suique despicientia insignis, qui apostolicos Ruperti labores pari laborum industria confirmavit et auxit. Cui vero laus debetur prae ceteris, aluisse et excoluisse fidem in Bavaris, is facile est sanctus *Bonifacius*, archiepiscopus Moguntinus; ipse qui Germaniae christianae pater, apostolus, martyr immortali verissimoque praeconio celebratur. Hic legationes peregit a romanis Pontificibus, Gregoriis II. et III. ac Zacharia, quorum maxima semper floruit gratia; eorumdemque nomine et auctoritate regiones Bavariae in dioeceses descripsit, atque ita hierarchiae ordinibus constitutis, insitam fidem ad perpetuitatem commendavit. *Ager dominicus* (scribente ad ipsum Bonifacium S. Gregorio II.), *qui incultus iacebat, et spinarum aculeis ex infidelitate riguerat, vomere tuae doctrinae exarante, semen verbi suscepit, et fertilem messem protulit fidelitatis* (1). — Illo ex tempore Bavarorum religio, quamtumvis aetatum decursu tentata acerrime, ad omnes rerum civilium casus salva et constans permansit. Etenim secutae sunt quidem turbae illae et contentiones imperii adversus sacerdotium, asperae, diuturnae, calamitosae; in iis tamen plus vere fuit Ecclesiae quod laetaretur in Bavaris, quam quod doleret. Summa autem consensione, a Gregorio XI, Pontifice legitimo, ipsi steterunt, effrenatâ dissidentium audacia neutiquam dimovente, frustra minitante; et, quod perarduum erat, longo inde intervallo, nihil vi atque impetu Novatorum absterriti, fidei integritatem et veterem cum romana Ecclesia coniunctionem religiose semper servarunt. Quae virtus et firmitudo patrum vestrorum eo magis praedicanda est, quod populos fere omnes eorum finitimos nova secta misere subegisset. Sane Bavaris, qui eo erant luctuoso tempore, illa apposite congruebant, quibus Gregorius idem II. catholicos Thuringiae homines, a S. Bonifacio christiana sapientia imbutos, multo ante affatus erat, meritae commendationis gratiâ, in quadam epistola ad optimates: *Insinuatam nobis magnificae in Christo fidei vestrae constantiam agnoscentes, quod paganis compellentibus vos ad idola colenda, fide plena responderitis, magis velle feliciter mori, quam fidem semel in Christo acceptam aliquatenus violare; nimia exultatione repleti, gratias debitas persolvimus Deo nostro et redemptori, bonorum omnium largitori, cuius gratia comitante, vos ad meliora et potiora optamus proficere, et ad confirmandum fidei vestrae propositum sanctae Sedi Apostolicae religiosis mentibus adhaerere, et, prout opus poposcerit sacrae religionis, a memorata sancta Sede Apostolica, spirituali omnium fidelium matre, solatium quaerere, sicut decet filios cohaeredes regni a regali parente* (1).

Etsi vero Dei miserentis gratia, quae superiore memoria gentem vestram tutata est benignissimeque complexa, optime in posterum tempus augurari, optime sperare Nos iubet, nihilominus ea omnia, quoad suae cuiusque sunt partes, praestare debemus, quae plus habeant efficacitatis ad damna religionis sive accepta sarcienda, sive imminentia prohibenda; ita ut christiana doctrina et instituta morum sanctissima ad plures quotidie se possint effundere laetissimisque fructibus latis redundare. Quod non eo dicimus, velut si caussa catholica idoneos magis minimeque timidos propugnatores apud vos desideraret: probe enim novimus vos, Venerabiles Fratres, unâque maiorem et saniorem partem tum sacri ordinis tum hominum externorum, haudquaquam frigere otiose ad certamina et pericula quibus cingitur premiturque ecclesia vestra. Quapropter sicut non absimili caussa decessor Noster Pius IX. amantissimis litteris ad Episcopos Bavariae datis (2), praeclara eorum studia, sacris Ecclesiae rationibus tuendis impensa, summis laudibus extulit; ita perlibenter Nos iustam singulis laudem ultro palamque tribuimus, quotquot ex Bavaris defensionem religionis avitae susceperunt fortiter et egerunt. Verum, quibus temporibus providentissimus Deus Ecclesiam suam saevis procellis agitari permittit, acriores ipse a nobis animos viresque in auxilium paratiores optimo iure deposcit. Vos autem ad unum, Venerabiles Fratres, aeque ut Nos, dolenter videtis quam aliena et quam iniqua in tempora Ecclesia inciderit; videtis cum primis quo se loco habeant res vestrae, et quibus vosmetipsi difficultatibus conflictemini. Ergo intelligitis experiendo, munera vestra maiorem quam antehac habere

(1) Ep. XIII ad Bonifacium. Cfr. Labbeum Collect. Conc. V. VIII.

(1) Ep. V. Ad optimates Thuring. Cfr. Labbeum, ib.

(2) Litt. *Nihil Nobis gratius* die 20 Februarii a. 1851.

in praesentia amplitudinem, ad eaque vigilantiam et actionem, robur et prudentiam christianam debere vos enixius intendere.

Ac primum omnium ad clerum parandum et ornandum, auctores vobis hortatoresque sumus. — Clerus nimirum instar exercitus est, qui, quoniam instituta sua et suorum perfunctio munerum ita ferunt, ut, sub magisterio episcoporum, cum christiana multitudine assiduo fere usu versetur, decus idcirco praesidiumque tanto amplius est rei publicae allaturus, quanto et numero praestet et disciplina. Quapropter Ecclesiae haec fuit semper antiquissima cura, ut illos deligeret educeretque ad sacerdotium adolescentes, *quorum indoles et voluntas spem afferat eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros* (1); eademque, *ut adolescentium aetas.... a teneris annis ad pietatem et religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat* (2); ipsis proprias sedes et ephebea condidit, atque regulas, in sacro praesertim Concilio Tridentino, (3), sapientiae plenas praescripsit, *ut hoc collegium Dei ministrorum perpetuum seminarium sit* (4). Alicubi quidem quaedam latae sunt valentque leges, quae sin minus impediunt, interturbant quominus uterque clerus sua sponte confletur, suâque disciplina instituatur. Nos hac in re, quae tanti interest quanti interesse maxime potest, sicut alias, ita nunc oportere existimamus, sententiam Nostram aperte eloqui, et omni qua possumus ratione ius Ecclesiae sanctum inviolatumque retinere. Ecclesiae nimirum, quippe quae societas sit genere suo perfecta, ius nativum est cogendi instruendique copias suas, nocentes nemini, plurimis auxiliantes, in pacifico regno quod saluti humani generis Iesus Christus in terris fundavit.

Clerus autem concredita sibi officia integre profecto et cumulate explebit, ubi, curam episcopis adhibentibus, talem e sacris seminariis disciplinam mentis animique sit nactus, qualem dignitas sacerdotii christiani et ipse temporum morumque cursus requirit; eum scilicet oportet doctrinae laude, et, quod caput est, summa laude virtutis excellere, ut animos hominum conciliet sibi atque in observantiam adducat.

Christiana sapientia, qua luce mirifica abundat, in omnium oculis niteat necesse est, ut tenebris inscientiae, quae est religioni maxime inimica, dispulsis, veritas longe lateque se pandat et feliciter dominetur. — Etiam refellantur oportet et convellantur errores multiplices, qui, vel ignorantia vel improbitate vel praeiudicatis opinionibus exorti, mentes hominum perverse avocant a veritate catholica, et quoddam animis fastidium eius aspergunt. Hoc munus permagnum quod est *exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere* (1), ad ordinem pertinet sacerdotum, qui legitime habuerunt a Christo Domino impositum, quum divinâ ille potestate dimisit ad gentes universas docendas: *Euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae* (2); ita plane ut episcopi, in Apostolorum locum sublecti, praesint magistri in Ecclesia Dei, presbyteri adiutores accedant. — Sanctioribus hisce partibus plene perfecteque, si alias unquam, satis factum est in primordiis religionis nostrae saeculisque consequentibus, per eam, quae diu exarsit, maximam dimicationem cum ethnicae superstitionis tyranide: unde tam amplam cohors sacerdotalis collegit gloriam, amplissimamque sanctissimus ordo Patrum et Doctorum, quorum sapientia et eloquentia in omnem memoriam et admirationem florebunt. Per ipsos nempe doctrina christiana subtilius tractata, uberius explicata, pugnacissime defensa, eo magis veritate et praestantia patuit suâ, prorsus divinâ: contra iacuit doctrina ethnicorum, vel indoctis redarguta et contempta, ut quae nihil sibi consentanea, perabsurda, inepta. Nequidquam vero connisi sunt adversarii, ut cursum eum sapientiae catholicae tardarent et intercluderent; nequidquam graecae scholas philosophiae, platonicam in primis et aristoteleam, magnificentioribus sane verbis obiecerunt. Nostri enim neque istud quidem certaminis genus declinantes, ad philosophos ethnicos applicuerunt ingenia et studia: quae quisque eorum professus esset, incredibili paene diligentia scrutati, consideraverunt singula, expenderunt, contulerunt: multa sunt ipsis reiecta aut emendata, non pauca ex aequo probata et accepta: hoc etiam ab ipsis apertum et prolatum est, ea quidem quae ipsâ ratione et intelligentia hominis falsa esse revincantur, ea tantummodo adversari doctrinae christianae, adeo ut huic doctrinae qui obsistere velit et refragari, idem suae ipsius necessario obsistat et refragetur rationi. Istiusmodi pugnatae sunt pugnae a patribus illis nostris, atque illustres partae victoriae, eaeque non virtute modo armisque fidei partae, sed auxiliis quoque humanae rationis: quae scilicet, lumen praeferente sapientia caelesti, ex rerum ignoratione complurium et quasi ex errorum silva, veritatis iter pleno gradu erat ingressa.—Haec sane admirabilis fidei cum ratione consensio et conspiratio, quamquam

(1) Conc. Trid. Sess. XXIII, de reform. c. XVIII.
(2) Ib.
(3) Ib.
(4) Ib.

(1) Tit. I, 9.
(2) Marc. XVI, 15.

operosis multorum studiis ornata est, tamen in uno velut constricta aedificio unoque in conspectu exposita, elucet vel maxime in opere S. Augustini quod est *De Civitate Dei*, pariterque in *Summa* utrâque S. Thomae Aquinatis: quibus libris conclusa profecto habentur quaecumque erant a quibusque sapientibus acute cogitata et disputata, ex iisque licet capita et fontes arcessere eius eminentis doctrinae qua nominant theologiam christianam,— Exemplorum tam insignium memoria utique per hos dies replicanda et fovenda est clero, quando ab adversis partibus vetera passim arma excuuntur, vetera ferme praelia renovantur. Tantum hoc, quod olim repugnabant ethnici christianae religioni, ne ab inveteratis numinum ritibus institutisque deducerentur; nunc autem perditissimorum hominum opera pessima in eo certat, ut e christianis populis divina omnia documenta et pernecessaria, quae sacrâ cum fide sunt indita, stirpitus evellant, atque eos deterius ethnicis habeant in miseriamque devolvant maximam, in omnis videlicet fidei religionisque contemptum et eversionem. Cuius impurae pestis, qua nulla est detestabilior, illi initia fecere, qui homini tribuerunt naturâ tantum, ut de doctrina divinitus data posset quisque pro ratione iudicioque suo cognoscere et decernere, minime vero auctoritati subesse deberet Ecclesiae et Pontificis romani, quorum unice est, divino mandato et beneficio, eam doctrinam custodire, eam tradere, de ea verissime iudicare. Inde praeceps via patebat, patuit autem illis miserrime, ad omnia inficianda et amandanda quae sunt supra naturam rerum et captum hominis posita: tum auctoritatem esse ullam, quae a Deo dimanet, ipsumque Deum esse, impudentius pernegaverunt; delapsi postremo in commenta et *Idealismi* insulsa et *Materialismi* abiectissima. Hanc tamen maximarum rerum inclinationem qui *Rationalistae* vocantur quive *Naturalistae*, progressionem scientiae, progressionen societatis humanae, mentito nomine, appellare non dubitant, quae revera utriusque pernicies est atque excidium.

Itaque, Venerabiles Fratres, cognitum perspectumque habetis quali ratione et via alumnos Ecclesiae erudiri oporteat ad maiores doctrinas, ut convenienter temporibus utiliterque in muneribus suis versentur. Hi nimirum, ut erunt humanitatis artibus informati et politi, praestantissima sacrae theologiae studia ne attingant prius quam diligentem adhibuerint praeparationem in studio philosophiae.—Philosophiam eam intelligimus, intimam solidamque, altissimarum indagatricem caussarum, patronam optimam veritatis; cuius virtute neque ipsi fluctuent neve abripiantur *omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris*, (1) et queant etiam doctrinis ceteris adiumenta veritatis subministrare, captionibus praestigiisque opinionum discussis et refutatis. Huius rei gratia, ut opera magni Aquinatis essent in manibus et assidue apteque exponerentur iampridem monuimus, idemque saepius inculcavimus verbisque gravissimis; et gestit animus optimos inde fructus esse a clero perceptos, perquam optimos uberrimosque spe certa exspectamus. Scilicet disciplina Doctoris Angelici mire facta est ad conformandas mentes, mire usum parit commentandi, philosophandi, disserendi presse invicteque : nam res singulas dilucide monstrat aliam ex alia continua serie pendentes, omnes inter se connexas et cohaerentes, omnes ad capita pertinentes suprema; tum in contemplationem erigit Dei, qui rerum omnium et caussa effectrix est et vis et summum exemplar, ad quem demum omnis philosophia et homo quantus est debent referri. Sic vere per Thomam scientia rerum divinarum et humanarum, caussarumque, quibus hae res continentur, quum praeclarissime illustrata, tum firmissime munita est: cuius conflictione disciplinae, veteres sectae errorum penitus corruerunt, itemque novae, nomine potius et specie, quam re illis dispares, simul emisere caput, et eiusdem ictibus deiectae interciderunt; quod iam non unus ostendit de scriptoribus nostris. Ratio quidem humana ad cognitionem rerum interiorem reconditamque libera vult acie penetrare, nec non velle potest: verum Aquinate auctore et magistro, hoc ipso facit expeditius et liberius, quia tutissime facit, omni procul periculo transiliendi fines veritatis. Neque enim libertatem recte dixeris, quae ad arbitrium libidinemque opiniones consectatur et spargit, immo vero licentiam nequissimam, mendacem et fallacem scientiam, dedecus animi et servitutem. Ille reapse sapientissimus Doctor intra veritatis fines graditur, qui non modo cum Deo, omnis veritatis principio et summa, numquam decertat, sed ipsi adhaeret semper arctissime semperque obsequitur, arcana sua quoquo modo patefacienti; qui neque sancte minus Pontifici romano est dicto audiens, et auctoritatem in eo reveretur divinam, et *subesse romano Pontifici* tenet omnino *de necessitate salutis*. (2) — Eius igitur in schola adolescat et exerceatur clerus ad philosophiam, ad theologiam : existet enimvero doctus et ad sacra praelia valens quam qui maxime.

Lux tamen doctrinae a clero in christia-

(1). Ephes. IV, 14,
(2) Opusc. *Contra errores Graecorum*.

ni populi ordines diffundenda vix dici potest quam magnam habeat utilitatem, si quasi e candelabro virtutis effulserit. — In praeceptis enim, quae sunt ad corrigendos hominum mores, plus fere possunt, quam dicta, facta magistrorum; nec quisquam negotio tam facili habiturus est ei fidem, cuius a dictis praeceptisque discrepent facta. In Iesum Christum Dominum oculos intendamus et mentes: qui, ut *veritas* est, perdocuit nos quae credere deberemus, ut *vita* est et *via*, semetipsum proposuit nobis exemplar absolutissimum, quo modo ageremus honeste vitam et bonum ultimum studiose appeteremus. Ipsemet discipulos suos ita de se voluit institutos et perfectos: *sic luceat lux vestra*, hoc est doctrina; *coram hominibus, ut videant opera vestra bona*, non secus atque doctrinae argumenta, *et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est*, (1) doctrinam in unum et bonitatem Evangelii complexus, quod ipsis ad propagandum committebat. — Sunt haec nempe instituta divina, quibus vita sacerdotum componatur et dirigatur oportet. Omnino oportet, et necesse est habere eos sibi persuasum ac prope insculptum in animis, se iam non de saeculi esse consortione, at vero Dei consilio electos esse, qui, in communione saeculi aetatem agentes, vitam tamen Christi Domini vivant. Qui, si de ipso in ipsoque vere vivant, minime *quae sua sunt* quaeritabunt, sed in iis profecto toti erunt *quae sunt Iesu Christi*, (2) neque hominum captabunt inanem gratiam, sed gratiam Dei solidam expetent: ab his autem infimis rebus et corruptelis abstinebunt, abhorrebunt, et lucra bonorum caelestium industrie facientes, de iis effundent large hilareque, ut sancte est caritatis: nusquam porro committent, ut iudicio et arbitrio episcoporum aut opponant aut anteferant suum, sed ipsis parendo et obediendo personam gerentibus Christi, felicissime elaborabunt in vinea Domini, copiâ fructuum lectissimorum ad vitam sempiternam mansura. Quisquis vero se a pastore suo atque a pastorum maximo, romano Pontifice, sententia et voluntate abiungit, nullo pacto coniungitur Christo: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit:* (3) quisquis autem est a Cristo alienus, dissipat verius quam colligit. — Ex quo praeterea species modusque obtemperationis hominibus debitae, qui antecedunt publica potestate, in promptu est. Nam longissime abest, ut sua ipsis iura velit quispiam abnuere et derogare; ea potius et ab aliis civibus observanda diligenter sunt et a sacerdotibus diligentius: *Reddite quae sunt Caesaris Caesari.* (1) Nobilissima enim atque honestissima sunt munia, quae viris principibus Deus, dominator rectorque summus, imposuit, ut consilio, ratione, omnique custodia iustitiae civitatem moderentur, conservent, augeant. Proinde clerus singula civium officia accuret et exsequatur, non in morem servientis, sed reverentis; propter religionem, non propter metum; simul cum iusto obsequio, dignitatem suam tuentes, iidem cives et sacerdotes Dei. Quod si quando fiat, ut civile imperium in iura Dei et Ecclesiae invadat, tum esto a sacerdotibus insigne exemplum, quemadmodum homo christianus, formidolosis religioni temporibus, in officio perstare debeat: multa is, incolumi virtute, tacitus ferat; in tolerando male facta sit cautus, neque improbis ulla in re assentiat neve assentetur: re autem urgente in alterutrum, Dei ne recusanda iussa an gratificandum hominibus, memorabile illud dignissimumque Apostolorum responsum libera voce usurpet: *Oportet obedire Deo magis quam hominibus.* (2).

Ad hoc veluti adumbratum specimen de ratione sacrae iuventutis colendae, adiicere libet et aequum est, quae ad iuventutem in universum pertinent: eius enim institutio valde Nos sollicitos habet, ut, sive ad cultum mentis sive ad perfectionem animi, recte admodum integreque succedat. — Novellam aetatem materno Ecclesia semper fovit complexu; eius praesidio labores plurimos amantissime impedit et plurima adiumenta paravit: in his, familias nonnullas hominum religiosorum constitutas, quae adolescentiam erudirent in artibus et doctrinis, ac praecipue ad sapientiam alerent virtutemque christianam. Sic auspicato fiebat ut in animos teneros pietas erga Deum facile influeret, ex qua officia hominis in se aliosque et patriam maturrime explicata, maturrime etiam in optimam spem florerent. Ecclesiae igitur iusta nunc est ingemendi caussa, quum videat in primis aetatulis filios suos a se divelli, atque in eos compelli litterarios ludos, ubi vel siletur omnino notitia Dei, vel mancum aliquid delibatur de ea perverseque miscetur; ubi colluvioni errorum nulla repagula, nulla fides documentis divinis, nullus veritati locus ut se ipsa defendat. Atqui de litterarum doctrinarumque domiciliis auctoritatem Ecclesiae catholicae prohibere, maxime iniurium est, eo quod munus religionis docendae, eius videlicet rei qua nemo homo non indiget ad salutis aeternae adeptionem, Ecclesiae a Deo sit datum; nulli vero alii datum est hominum societati, neque societas ulla sibi potest adsci-

(1) Matth. v, 16.
(2) Philipp. II. 21.
(3) Luc. x, 16.

(1) Matth. XXII, 21.
(2) Act. v, 29.

scere; ideoque ipsa suum propriumque ius merito affirmat, labefactum conqueritur. — Cavendum insuper est vehementerque curandum, ut in scholis quae ditionem Ecclesiae vel omnino vel partim excusserint, ne quod iuventus periculum subeat neve ullum in fide catholica morumque honestate detrimentum capiat. In quo quidem et cleri et virorum proborum sollertia multum valebit, tum si laborent ut religionis doctrina non solum e scholis illis non exturbetur, sed, quo par est, loco maneat, manetque apud magistros idoneos et spectatae virtutis, tum si alia quaedam praesidia inveniant et comparent, quibus ea ipsa doctrina incorrupte et commode iuventuti impertiatur. — Valebunt autem permultum consilia et opera patrum familias sociata. Quare opus est admonitione ad eos et hortatione quanta fieri possit gravissima: velint animadvertere, quam magna sanctaque officia sibi cum Deo intercedant de liberis suis; ut scientes religionis, bene moratos, Deum pie colentes educare debeant; ut faciant damnose, si aetatem credulam et inexpertam suspectis praeceptoribus in discrimen committant. Hisce in officiis, simul cum procreatione liberorum susceptis, noverint patresfamilias, totidem iura inesse secundum naturam et aequitatem atque esse eiusmodi, de quibus nihil liceat sibi remittere, nihil cuivis hominum potestati licet detrahere, quum, officiis solvi quibus homo teneatur ad Deum, sit per hominem nefas. Hoc igitur parentes ruputent, se magnum quidem onus gerere de liberorum tuitione, multo tamen gerere maius, ut eos ad melioremque potioremque vitam, quae animorum est, educant: quod ubi per se ipsi praestare nequeant, suum prorsus esse vicaria opera aliorum praestare, ita ut necessariam religionis doctrinam ex magistris probatis audiant liberi et percipiant. Iam illud non infrequens est exemplum sane pulcherrimum religionis munificentiaeque, ut, quibus locis scholae nullae publice paterent nisi quae *neutrae* vocantur, catholici viri magnis laboribus et sumptibus aperuerint certas suas, et pari constantia sustentent. Praeclara haec et tutissima iuventutis perfugia, ubi opus est, pro rerum et locorum rationibus, alia atque alia constitui maxime optandum.

Neque silentio praetereundum est, christianam iuventutis institutionem in maximam ipsius reipublicae verti utilitatem. — Sane liquet innumerabilia et ingentia damna ei civitati metuenda esse, in qua docendi ratio et disciplina sit expers religionis, aut, quod est deterius, ab ea dissideat. Statim enim ac posthabitum et contemptum sit supremum illud divinumque magisterium, cuius admonitione iubemur vereri Dei auctoritatem, eiusdemque firmamento omnia Dei oracula tenere certissima fide, iam proclivis est humanae scientiae ad perniciosissimos errores, in primis *naturalismi* et *rationalismi*, ruina. Hinc fiet, ut iudicium arbitriumque de rebus intelligendis, ac proclivius de agendis, homini cuilibet permittatur, et continuo publica imperantium auctoritas debilitata iaceat et afflicta: quibus namque inserta sit pessima opinio, se nullo pacto obligari dominatione et rectione Dei, permirum sane si hominis ullum imperium observent et patiantur. Fundamentis vero in quibus omnis auctoritas nititur, excisis, societas coniunctionis humanae resolvitur et dissipatur, nulla erit res publica, dominatus armorum plenus et scelerum occupabit omnia. Num vero tam funestam calamitatem possit civitas, suis ipsa opibus freta, deprecari? num possit, Ecclesiae subsidia respuens? num possit, cum Ecclesia confligens? — Res prudenti cuique aperta est.— Ipsa igitur civilis prudentia suadet, in iuventute erudienda et instituenda suam partem episcopis et clero esse relinquendam; diligenterque providendum, ne ad nobilissimum docendi munus homines vocentur vel de religione languidi et ieiuni vel palam aversi ab Ecclesia. Quod quidem intolerabilius esset, si huiusmodi ingenii homines deligeruntur ad doctrinas sacras, omnium praestantissimas, profitendas.

Praeterea interest quam maxime, Venerabiles Fratres, ut pericula avertatis et propulsetis, quae gregibus vestris a contagione *massonum* impendent.—Huius tenebricosae sectae consilia et artes quam sint nequitiae plena et quam exitiosa civitati, docuimus alias, singularibus litteris Nostris encyclicis, nec non adiumenta indicavimus, quibus vires eius oporteat reprimi et enervari. Nec profecto erit satis unquam praemonitum, caveant christiani a tali scelerum factione: haec enim, quamquam odium grave in Ecclesiam catholicam principio concepit asperiusque deinde obfirmavit et quotidie inflammat, non tamen perpetuo inimicitias apertas exercet, at saepius agit versute et dolose, maximeque adolescentiam, quae rerum ignara est et inops consilii, miserabiliter irretit, simulata quoque specie pietatis et caritatis. — Quod est autem cautionis ab iis qui fide a catholicis discrepant, probe tenetis Ecclesiae praescripta, ne qua inde damna in christianum populum vel consuetudine vel pravitate opinionum dimanent. Videmus equidem et vehementer dolemus, facultatem Nobis ac vobis haud parem esse atque voluntatem et studium haec ipsa pericula penitus avertendi: attamen alienum non putamus, sollicitudinem vestram pastoralem incitare, et alacritatem simul acuere hominum catholicorum, si communibus studiis removeri

possint aut sublevari quaecumque obsistunt communibus votis. *Assumite*, cohortatione utimur sancti decessoris Nostri Leonis Magni, *religiosae sollicitudinis pium zelum, et contra saevissimos animarum hostes omnium fidelium cura consurgat.* (1)

Itaque, excussa, si qua insederit, segnitia et desidia, caussam religionis et Ecclesiae tamquam suam bonus quisque suscipiat; pro eaque fideliter et perseveranter propugnet— Usuvenit enim, ut nequam homines ex inertia ac timiditate bonorum, improbitatem suam et licentiam nocendi confirment, atque etiam proferant. Sit sane, catholicorum conatus et studia minus interdum ad ea posse quae in sententia et spe habeantur: at satis in utramque partem profectura sunt, scilicet ad adversarios coercendos, et ad animos infirmos abiectosque roborandos, praeter eam magnam utilitatem quae posita est in secura officii conscientia. Quamquam, neque istud quidem facile dederimus, sollertiam et operam catholicorum, recto et perseverante consilio adhibitam, effectu suo carere. Nam semper factum est fietque semper, ut res summis difficultatibus implicatae et undique obseptae, praeclare tandem eveniant, modo animose, uti monuimus, fortiterque agantur, comite et ministra christiana prudentia. Quippe veritas, cui homo a natura cupidissime studet, mentes aliquando pervincat necesse est: ea quidem perturbationibus morbisque animi tentari atque obrui potest, exstingui non potest.— Quod opportunius convenire in Bavariam non una de caussa videtur. Huic enim, quoniam Dei beneficio in regnis catholicis numeratur, non tam opus est fidem sanctam accipere, quam acceptam a patribus custodire et fovere: praeterea, qui nomine publico auctores sunt legum ad rempublicam temperandam, ii magnam partem catholici; catholici item quum sint plerique cives et incolae, minime dubitamus quin matri suae, Ecclesiae laboranti, omni velint ope favere et succurrere. Ergo, si tam impense acriterque, ut debent, contendant omnino omnes, sane quam felices curarum exitus, auspice Deo, laetari licebit. Equidem contendant omnes praecipimus, eo quia sicut nihil est perniciosius discordia, ita nihil est praestabilius et magis efficax consensione concordiaque animorum, collectis viribus ad unum idemque nitentium. Ad haec, bene catholicis per leges suppetit medium quo conditionem habitumque rei publicae meliorem fieri expostulent, atque eum optent velintque statum, qui et Ecclesiae et sibi, si minus obsecundet et gratificetur, quod multo esset aequissimum, at non adversetur dure. Neque vero rectum erit cuiquam arguere et vituperare nostros, qui adiumenta huius generis quaerant: quibus enim adiumentis hostes catholici nominis ad licentiam uti consueverunt, id est, ut leges ab imperantibus eliciant et paene extorqueant odiosas libertati rei civilis sacraeque, nonne integrum sit catholicis eadem adhibere, atque ita adhibere, ut honestissimis modis religioni consulant, et ea tueantur bona, dotes ac iura, quae Ecclesiae catholicae divinitus collata sunt, quaeque ab universis qui praesunt qui subsunt, omni sunt honore afficienda?

In bonis autem Ecclesiae, quae Nos ubique semperque conservare debemus, ab omnique iniuria defendere, illud certe praestantissimum est, tanta ipsam perfrui agendi libertate, quantam salus hominum curanda requirat. Haec nimirum est libertas divina, ab unigenito Dei Filio auctore profecta, qui Ecclesiam sanguine fuso excitavit, qui perpetuam in hominibus statuit, qui voluit ipsi ipse praeesse: atque adeo propria est Ecclesiae, perfecti divinique operis, ut qui contra eam faciant libertatem, iidem contra Deum faciant et contra officium.— Quod enim alias, nec semel diximus, ideo constituit Deus Ecclesiam suam, ut bona animorum ultima, omnique natura rerum immensum maiora, haberet curanda, persequenda, largienda; utque, opibus fidei et gratiae, vitam a Christo in homines novam inferret, salutis sempiternae efficientem. Quoniam vero cuiusque societatis et genus et iura a caussis propositisque maxime notantur unde ipsa exstiterit et quo contendat, haec facile sunt consequentia: Ecclesiam societatem esse tam a civili discretam, quam utriusque inter sese discernuntur proximae caussae et proposita; eamdem esse societatem necessariam, quae ad universitatem se porrigat generis humani, cum ad christianam vitam universi vocentur, atque ita, ut, qui recusent vel deserant, ablegentur perpetuo, vitae exsortes caelestis; esse potentissimum sui iuris societatem, eamque praestantissimam, propter ipsam caelestium et immortalium bonorum, ad quae tota conspirat, excellentiam. Iam vero liberae caussae, non videt nemo, liberam trahunt facultatem rerum adhibendarum, quotquot usui sunt futurae.— Sunt autem Ecclesiae, tamquam instrumenta, apta et necessaria, posse arbitratu suo christianam doctrinam tradere, sacramenta sanctissima procurare, cultu divino fungi, omnem cleri disciplinam ordinare et temperare: quibus muneribus beneficiisque instructam et apparatam voluit Deus Ecclesiam, solam eam providentissime voluit. Ipsi uni tamquam in deposito esse iussit res omnes afflatu suo hominibus enuntiatas; eam denique unam statuit interpretem, vindicem, magistram veritatis et

(1). Serm. XV, c. 6.

apientissimam et certissimam, cuius praeepta aeque singuli aeque civitates debeant udire et sequi ; similiter constat mandata b ipso libera Ecclesiae data esse de rebus dicandis et statuendis quaecumque melius d consilia sua conducerent.—Qua de re, sine aussa civilia imperia suspicionem et offenionem capiunt de libertate Ecclesiae, quum emum vel civilis vel sacrae potestatis idem t principium, unice a Deo. Ideoque non ossunt inter se aut discrepare, aut impediri ut elidi, cum neque Deus constare sibi non ossit, neque opera eius queant inter se pumare; quin etiam miro commendantur causarum rerumque concentu. Liquet praeterea cclesiam catholicam, dum latius liberiusque, uctoris sui iussis obtemperans, sua signa fert in gentes, nequaquam in fines excurre potestatis civilis, eiusque rationibus alia re obesse ; sec tutari eas et munire ; ad us vere similitudinem quo contingit in fide ristiana, quae tantum abest ut humanae tionis luminibus obstruat, ut potius ipsi dat splendorem, vel quod ab erroribus opionum avertat, ad quos prolabi humanum t, vel quod in spatium rerum intelligenrum amplius et excelsius admittat.

Ad Bavariam quod attinet, rationes quaem singulares huic Sedi Apostolicae cum sa intercedunt, eaeque pactis conventis rae et sacratae. Eas quidem Apostolica Sedes, metsi multa de iure suo paciscendo remerit, integre tamen religioseque, ut solet, mper servavit ; nihilque unquam egit quod ussam querelarum ullam praeberet. Quaropter enixe optandum, ut utrinque stent robique conventa et rite observentur, cum d verba, tum magis ad mentem eam qua cripta sunt.—Fuit quidem aliquando, quum erturbatio aliqua concordiae et querelarum ussa enata est ; eas tamen Maximilianus , decreto facto, lenivit, iterumque Maximilianus II. aequi bonique fecit, opportuis quibusdam temperamentis sancitis. Haec uidem ipsa recentioribus temporibus esse ibrogata compertum est : Nobis tamen ex eligione prudentiaque Principis, qui gubersacula tenet regni Bavarici, admodum est uod confidamus futurum, ut qui locum relionemque Maximilianorum praeclara haereitate excepit, velit ipse mature rei catholicae ncolumitati prospicere, eiusque incrementa, motis impedimentis, provehere. Ipsi profeto catholici homines, quae est pars civium axima, eaque caritate patriae et observanti in gubernatores sine ulla dubitatione robabilis, si sibi in re tanti momenti responderi et satisfieri viderint, profecto excellent bsequio et fide adversus Principem suum, imilitudine quadam filiorum in patrem, et ingula eius consilia ad regni bonum ac decus summa voluntate subsequentur, summis viribus plene perficient.

Haec quidem, Venerabiles Fratres, vobis communicare Apostolici officii ratio impulit. Superest, ut Dei opem certatim omnes imploremus, precatoresque ad Eum adhibeamus gloriosissimam Virginem *Mariam*, Caelitesque regni Bavarici patronos, ut communibus votis benignus annuens, tranquilla Ecclesiam donet libertate, detque Bavariam maiori in dies gloria et prosperitate frui.

Auspicem autem caelestium munerum, praecipuaeque Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, Clero populoque universo vigilantiae vestrae commisso, peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXII. Decembris an. MDCCCLXXXVII. Pontificatus Nostri Decimo.

LEO PP. XIII.

DISCORSO
DEL SANTO PADRE LEONE XIII

ALLE DEPUTAZIONI DEL PELLEGRINAGGIO ITALIANO

4 Gennaio 1888

—

Altamente accetti Ci sono in questa ricorrenza del Giubileo gli omaggi ed i voti dei Nostri figli sparsi nelle varie parti del mondo e profondamente Ci commuovono. Ma gli omaggi e i sentimenti vostri, figli carissimi, Ci sono grati e Ci commuovono anche di più. — Vi vediamo qui convenuti numerosi da tutte le parti d'Italia, di questa Italia che Dio predilesse a tal segno da stabilire in essa la sede del suo Vicario ; di questa Italia, sopra la quale i Romani Pontefici riversarono in ogni tempo immensi tesori di sapienza, di grandezza e di gloria.

Figli ingrati, nati anche in seno della Chiesa cattolica, mai non mancarono, che disconoscendo gl'insigni benefici del Papato, si diedero a combatterlo ; e per non dire che dell'età nostra, fu una vera congiura, ordita con la più maligna arte, di denigrarlo e di rappresentarlo come l'eterno nemico d'Italia.—Ma voi, figli carissimi, anzi che ascoltare la stolta accusa, smentita solennemente dalla storia di tutti i secoli, voleste dar prova di ossequio e di attaccamento al Papato, schierandovi coraggiosamente fra quel-

li che ne riconoscono le benefiche influenze, si gloriano di essergli fedeli e divoti, desiderano vederlo ristabilito in quella condizione di vera e sovrana indipendenza e di piena libertà, che per tanti titoli gli è dovuta. Con queste felici disposizioni veniste oggi innanzi a Noi; e tali disposizioni dànno alla vostra presenza in questo luogo, ai vostri voti ed augurî per Noi, un singolare valore, e ne accrescono in Noi il gradimento.

Ben sappiamo che per questi stessi doverosi sentimenti vi si rimprovera di non amare il vostro paese, volerne anzi l'avvilimento e la rovina.— Non vi commuova, miei cari, l'insana parola. La verità è, che il Papato forma per l'Italia la più pura e la più splendida gloria.—La verità è, che in unione col Papato, l'Italia sarà la prima, come la più vicina, a sperimentarne la virtù salutare, e dovunque sono nel mondo popolazioni cattoliche sarà da esse rispettata ed amata. — In guerra col Papato, ne avrà divisioni e scissure al di dentro, diminuzione di prestigio al di fuori, e da ogni parte ostacoli e difficoltà senza numero.— La verità è che gl'Italiani, i quali stanno col Papa o ne vogliono l'indipendenza, mentre compiono un atto doveroso come cattolici, provvedono altresì, più e meglio d'ogni altro, ai veri interessi della loro patria.

Osservate ciò che accade al presente. La semplice ricorrenza del Nostro Giubileo Sacerdotale ha commosso il mondo. Non i cattolici solamente, nè solo le private persone, ma sovrani e principi e governi e pubbliche assemblee hanno voluto fare a gara per prender parte a questa festa giubilare ed attestarci i sensi di riverente affetto e di alta considerazione.— Certo questo fatto è dovuto all'azione della Provvidenza Divina, che fa servire le circostanze più ovvie e gli strumenti meno adatti a gloria della Chiesa. Ma questo fatto trova la sua vera ragione nell'importanza somma del Pontificato; di questo faro luminoso che Dio ha posto in mezzo ai popoli per guidarli a salute; di questo potere mondiale, che è di tutti i tempi e tutti i luoghi; che sorvive e sta, anche quando tutto crolla all'intorno, e dalle stesse persecuzioni sorge più glorioso e più forte. Qual nazione non si stimerebbe felice e onorata di ricettare nel suo seno questa istituzione divina? E per contrario, quale stoltezza volerla come rimpiccolire, facendo del modo e delle condizioni della sua esistenza una questione di ordine interno di un paese o di una nazione? Quale indegnità volerla depressa e nella stessa sua Sede umiliata; voler mettere impedimenti alla sua libera e benefica azione; porla in condizione di sudditanza, e farla dipendere dalla volontà di un'assemblea o di un governo? Per fermo i cattolici del mondo intero, gelosi della libertà del loro Capo, e quanti hanno a cuore la causa dell'ordine e della salvezza dell'umana società, non saranno mai per tollerarlo.

Valgano queste considerazioni, figli carissimi, a confermarvi nei sentimenti che Ci avete protestato, e vi confortino a rimanere ad essi fedeli. Il Nostro cuore, consolato da una dimostrazione sì splendida della vostra fede e del vostro incrollabile attaccamento al Vicario di Gesù Cristo, vi abbraccia col più tenero affetto di padre, vi prega dal cielo ogni bene, e, salvi, come di giustizia, i diritti della Sede Apostolica e della Chiesa, non cessa d'implorare all' Italia i beneficî della concordia e della pace.—Intanto, in auspicio di grazie così segnalate e a pegno della Nostra speciale benevolenza, impartiamo a voi qui presenti, a tutti quelli di cui siete i rappresentanti, e alle vostre famiglie l'Apostolica Benedizione.

CRONACA RELIGIOSA

(31 Gennaio 1888)

Le Feste del S. Padre.—Per la celebrazione delle nozze d'oro del S. Padre, affluirono a Roma Vescovi e pellegrini nostrani ed esteri in tanto numero, da superare ogni previsione. Oltre 60 mila se ne affollarono nella grandiosa Basilica di S. Pietro il 1° sp. ansiosi di vedere il Sommo Pontefice e di assistere alla messa del suo giubileo sacerdotale. Alle 10 il Papa scendeva dai suoi appartamenti sulla portantina donata

dai napoletani, e dinanzi la Cappella della Pietà vestì gli abiti Pontificali, fra i quali la croce donata dall' imperatore d'Austria, la Mitra dall' Imperatore di Germania, e la Pianeta dall'Aristocrazia romana. Preceduto dai bussolanti, dai Cappellani e dai chierici segreti, dalla Croce Pontificia, dai Cardinali in porpora e cappa, dai Principi assistenti al soglio, apparve sulla sedia gestatoria, donatagli dai napoletani, e un grido generale lo salutò riverente, accompagnandolo fin sull'altare. Assistito dai Mons. Lenti e Sanminiatelli, cominciò la Messa. All' Offertorio la Cappella Pontificia intuonò un *mottetto:* all'Elevazione piovve dall'alto un concento di trombe: i cantori ed un coro di fanciulli fecero sentire un canto melodioso. Finita la messa, il S. Padre, dopo le preci d' uso, intuonò il *Te Deum*, terminato il quale montò di nuovo sulla sedia gestatoria. Arrivato dinanzi la Confessione, levossi in piedi su di un podio e impartì la Benedizione Pontificia: un applauso vivissimo, solenne scoppiò allora in mezzo a quella moltitudine, che mal seppe frenare l'entusiasmo, e uscì col cuore commosso dalla Basilica.

Giovedì 5 sp. il S. Padre celebrò pure la messa in S. Pietro, alla quale assisteva il pellegrinaggio italiano, moltissimi Porporati, l'aristocrazia italiana, e il Rmo Capitolo della Basilica, il quale offrì al Papa un sontuoso rinfresco.

Venerdì, giorno dell' Epifania, inaugurò l' Esposizione Vaticana. Il Card. Schiaffino disse eloquenti parole all'indirizzo del Sommo Pontefice, il quale rispose con sensi di paterno affetto, alludendo ai doni ricchissimi e svariati, offerti da ogni classe di persone in omaggio della sua dignità.

La Canonizzazione de'Santi. — Premessi tutti gli adempimenti, decretati dalle leggi ecclesiastiche, per la canonizzazione dei sette Beati Fondatori dei Serviti, e dei Beati Claver, Berchmans e Rodriguez, il giorno 10 sp. si tenne il Concistoro semipubblico per raccogliere i suffragii del S. Collegio e dell'Episcopato. Intervennero tutt'i Cardinali, gli Arcivescovi e i Vescovi, che si trovavano presenti in Roma, e il S. Padre, dopo un breve discorso, richiese il voto di ciascuno, e tutti si affrettarono a darlo favorevole.

Il giorno 15 poi fu destinato alla funzione solennissima della canonizzazione. Ebbe luogo nell'aula soprastante al portico di S. Pietro, trasformata in ricchissima cappella. Il S. Padre, accompagnato dalla sua corte, dopo aver prese nella sala reale i sacri paramenti, intuonò l'inno *Ave Maris Stella*, che venne proseguito dai cantori pontificii, e dopo aver pregato innanzi al sacramento nella Cappella Sistina, si recò nella sala della Loggia, ov'erano in dieci tribune, la Commissione della S. Congr. dei Riti, i Postulatori, le deputazioni invitate dalle Postulazioni, il corpo diplomatico, la famiglia Pecci, e gli altri Prelati ed addetti alla S. C. dei Riti. Il Cardinal Prefetto della detta S. C. fece le solite istanze di rito al S. Padre, seduto sul trono, per elevare i dieci Beati all'onore di Santi. Dopo le litanie e l'inno *Veni Creator*, alla terza istanza il Pontefice diè lettera del decreto di Canonizzazione. Una marcia trionfale fu intuonata dai Cantori con accompagnamento di trombe. La cerimonia ebbe termine col canto del *Te Deum*. Seguì la solenne Messa Papale. Al Vangelo il Papa pronunziò un' Omelia sui nuovi Santi, ed all'Offertorio si presentarono i doni delle varie Postulazioni: i ceri, i pani, l'acqua, il vino, e tre gabbie con uccelletti.

Decreto di Canonizzazione — Il supremo Gerarca, Dottore infallibile e Capo della Chiesa universale, pronunziava con questa formola il decreto di canonizzazione dei dieci Beati:

« Ad honhrem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae, et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra, matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium, consilio, Beatos Confessores: Bonfilium De Monaldis, Bonaiunctum Manetti, Manettum Antellensem, Amideum De Amideis, Uguccionem De Uguccionis, Sosteneum De Sosteneis, Alexium de Falconeriis, Petrum Claver, Ioannem Berchmans, et Alphonsum Rodriguez, Sanctos esse decernimus, et definimus, ac Sanctorum albo adscribimus, statuentes ab Ecclesia universali illorum momoriam quolibet anno, nempe: Beati Bonfilii eiusque sociorum die XI februarii, Petri die IX septembris, Ioannis die XIII augusti, et Alphonsi die XXX octobris, pia devotione recoli debere. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti: »

NOTIZIE COMPENDIATE

—

— Ai 29 u. s. il S. Padre, nel gradire le felicitazioni del Sacro Collegio pel suo Giubileo Sacerdotale, ritornò colla mente a quel giorno in cui ricevè la sacra ordinazione dal Card. Odescalchi, e paragonò quel tempo di calma e tranquillità col presente in cui trovasi al governo della mistica nave di Pietro, sbattuta da furiosa tempesta. Però dalle manifestazioni di affetto che da tutte le parti del mondo riceve in tale occasione si augura lieti auspicii per l'avvenire.

— Al 4 spirante ricevè il pellegrinaggio italiano, distinto nelle diverse deputazioni diocesane. Erano più di mille persone. Il Comm. Venturoli lesse un bellissimo indirizzo, al quale il S. Padre rispose coll'importantissimo discorso, da noi riportato più innanzi, che fu più volte interrotto da entusiastiche acclamazioni. Assistevano 14 Cardinali e più di cento Vescovi, i quali umiliarono a S. S. l'Obolo delle loro Diocesi. Fu poi ricevuta la rappresentanza della Segreteria dei Brevi preseduta dal Card. Ledochowski, che offerì al S. Padre, colle felicitazioni della fausta ricorrenza, un prezioso ostensorio.

— Nei giorni 9, 10 ed 11 sp. si degnò ricevere il pellegrinaggio italiano, ammettendo alla Sua presenza i pellegrini dell'Italia settentrionale in circa 2000, dell'Italia meridionale ed insulare in circa 1200, e dell'Italia di mezzo in circa 1500. Ciascun pellegrino ebbe la consolazione di essere presentato dal proprio Vescovo e di baciar la mano a Sua Santità, la quale ad ognuno rivolse benevoli parole, e regalò una medaglia commemorativa.

— Nel giorno 30 u. s. accordò udienza ai Pellegrini Ungheresi, ai quali disse commoventi parole, raccomandando loro di coltivare in modo speciale la gioventù, affinchè colla istruzione letteraria nelle loro menti e nei loro cuori sia impresso saldamente l'amore alla Religione per esser utili così alla Società ed alla Chiesa.

— Sua Santità ha conferito le seguenti onorificenze ai diversi inviati straordinarii: al Marchese de Sajonii, inviato del Giappone, al Conte di Liechtenstein inviato dell'Austria, e al Duca d'Ursel inviato del Belgio la Gran Croce dell'Ordine Piano; al Barone Brien, inviato d'Olanda, al Sig. Velez di Colombia, al Sig. De Iagemann, inviato del Gran Duca di Baden ed al Principe Borghese, la Gran Croce di S. Gregorio Magno; ai segretarii degli inviati stessi la Croce di Cavaliere di detti Ordini.

— Nel giorno 11 sp. il S. Padre ricevè una deputazione di cattolici inglesi, composta di 500 persone, preseduta dal Duca di Norfolk. Nel giorno 8 avea ricevuti duemila pellegrini inglesi con parecchi Cardinali e Vescovi francesi.

— Ai 31 u. s. fu firmata una Convenzione tra la S. Sede e la Columbia per regolare gli affari religiosi di quella Repubblica. Fu sottoscritta dal Card. Rampolla, come plenipotenziario del Papa, e dal Generale Velez, Inviato straordinario e plenipotenziario della Columbia.

— Il 4 spirante nel Palazzo dei Convertendi a Roma s'inaugurò il Collegio benedettine di S. Anselmo, aperto per impulso del Papa. Intervennero il Card. Sanfelice di Napoli e molti Arcivescovi e Vescovi.

— Han mandati inviati straordinarii i sovrani di Olanda e di Wurtemberg, il Gran Duca di Baden, ed il Presidente della Repubblica d'Equatore con un'urna di cristallo di rocca ornata di rubini zaffiri e smeraldi.

— Il Comitato generale italiano, colla fotografia dell'altare, opera stupenda dello stile del secolo XIV, offerta collettiva di tutto il mondo, offerì più di un milione di lire per elemosina della messa d'oro. Il Comitato delle feste ha offerta la somma di Lire 100 a tutti coloro che nascendo in Roma il dì del giubileo del S. Padre portassero il nome di Leone se maschi, di Leonilda se femmine. Il Comitato femminile di Bologna ha erogato Lire duemila per 30 doti con altrettanti corredini a favore di fanciulli nati nella città e sobborghi di Bologna nella notte del 30 al 31 dicembre.

— Il S. Padre ha fatto elargire ai poveri di Roma, nella occasione del suo giubileo, la somma di Lire 140 mila.

— Han mandato telegrammi di felicitazioni al S. Padre gl'Imperatori di Austria, di Germania e di Russia, i sovrani di Portogallo, di Danimarca, di Rumenia, la reggente di Spagna, i Presidenti di quasi tutte le Repubbliche d'America, il Conte di Parigi, ed innumerevoli personaggi alto locati.

— Accenniamo altri splendidi doni che han fatto bella mostra nell'Esposizione Vaticana: del Principe Carlo III, una croce ricchissima di smalti e pietre preziose: della Principessa Stefania, un camice di merletti, lavorato da di operaie nello spazio di nove mesi: del Re di Portogallo, un calice in oro ricchissimo per lavori e pietre preziose: del Re di Wurtemberg, una croce d'oro e di argento: del Presidente di Venezuela, un calice di oro tempestato di pietre preziose: del Duca di Cumberland, un prezioso reliquiario: del Duca di Aumale, due magnifici candelabri in bronzo dorato: di Leo Taxil, un portapenne di oro artisticamente lavorato ed ornato di diamanti: del Duca di Torlonia, un magnifico palliotto: del Comandante la Guardia svizzera, un messale con intarsiature di madreperla ed avorio: del Principe Altieri, uno scrittoio di ebano con intarsiature di avorio. Le gioie adunate nella sala della Contessa Matilde solamente, sorpassano il valore di sette milioni.

— Il Comitato pel Giubileo nella Repubblica Argentina ha inviato l'Obolo di S. Pietro in Lire settantamila in oro.

—I 30 mila poveri raccolti nelle 251 case delle Piccole Suore dalle loro privazioni han mandato 12,200 lire, e 4 mila Suore Lire 20 mila.

— Le due Società Napoletane la Federazione e l'Operaia Leone XIII il giorno 4 sp. deposero una corona di bronzo sulla tomba di Pio IX a S. Lorenzo fuori le mura. Recitarono il Rosario in Chiesa, ed il Rev. Battagliese disse acconce parole.

— Sono morti: a Roma il Barone Kanzler, già Prominstro e Comandante in Capo le armi Pontificie; a Napoli improvvisamente l'illustre Prof. Rev. D. Luigi Cirino.

— È morto Mons. Carsana, Vescovo di Como.

Sacra Congregazione del S. Officio

Sulla condotta da tenersi da' giudici e dai sindaci laici dove sia in vigore la legge civile che ammette il divorzio.

A nonnullis Galliarum Episcopis sequentia dubia S. R. et Univ. Inquisitioni proposita sunt: « In Epistola S. R. et U. I. 25 junii 1885 ad omnes in Gallica Ditione Ordinarios circa civilis divortii legem ita decernitur: *Attentis gravissimis rerum, temporum ac locorum adjunctis, tolerari posse ut qui magistratus obtinent et advocati causas matrimoniales in Gallia agant quin officio cedere teneantur* conditiones adiecit, quarum secunda hæc est: *Dummodo ita animo comparati sint tum circa valorem et nullitatem conjugii, tum circa separationem corporum, de quibus causis judicare coguntur, ut nunquam proferant sententiam neque ad proferendam defendant vel ad eam provocent vel excitent divino aut ecclesiastico juri repugnantem.*—Quæritur:

I. An recta sit interpretatio per Gallias diffusa ac etiam typis data, juxta quam satisfacit conditioni praecitatae judex qui, licet matrimonium aliquod validum sit coram Ecclesia, ab illo matrimonio vero et constanti omnino abstrahit, et applicans legem civilem pronuntiat locum esse divortio, modo solos effectus civiles solumque contractum civilem abrumpere mente intendat, eaque sola respiciant termini, prolatae sententiae? Aliis terminis, an sententia sic lata dici possit divino aut ecclesiastico juri non repugnans?

II. Postquam judex pronuntiavit locum esse divortio, an possit Syndicus (gallice, *le maire*), et ipse solos effectus civiles solumque civilem contractum intendens, ut supra exponitur, divortium pronuntiare, quamvis matrimonium validum sit coram Ecclesia?

III. Pronuntiato divortio, an possit idem Syndicus conjugem ad alias nuptias transire attentantem civiliter cum alio jungere, quamvis matrimonium prius validum sit coram Ecclesia vivatque altera pars?

Feria V, loco IV, die 27 maii 1886.

In Congregatione Generali S. Romanæ et Universalis Inquisitionis habita coram Eminentissimis ac Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus propositis suprascriptis dubiis, ac præhabito voto DD. Consultorum, iidem E.mi et R.mi D.ni rescribi mandarunt: Ad primum, secundum et tertium Dubium, *Negative.*

Eadem Feria ac die, facta de his sanctissimo Domino Nostro Leoni Papa XIII relatione, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbavit et confirmavit.

Jos. Mancini S. Rom. et Univ. Inquis. *Notarius.*

Sacra Penitenzieria Apostolica

Dichiarazione sulla precedente risposta del S. Officio intorno la condotta dei giudici circa la legge sul divorzio.

Judex quidam Gallus, olim theologiae cultor, Confessarium adit, variisque peccatis mortalibus declaratis, subjungit: « De sententiis a me latis in materia « divortii civilis nihil est quod dicam, « Pater. Soleo enim divortium civile « declarare quotiescumque adsunt moti- « va gravissima sive ex parte mea, sive « ex parte eorum qui ad me causam « deduxerunt. »—« Prave actum, repo- « nit sacerdos, neque decisionem legi- « sti qua nuper (27 maii 1886) Congre- « gatio generalis S. Romanae et Uni- « versalis Inquisitionis judices ita age- « re vetuit. » — « Imo, hanc plane no- « vi, Pater, neque tamen me peccasse « existimo propter sequentes rationes: « 1. Novisti et tu, Pater, responsum « nomine SS. Pontificis Gubernio Bel- « gii recentius datum a Nuntio Aposto-

« lico. Porro actus in Belgio toleratus « et in Gallia tolerari potest, recurren- « tibus iisdem circumstantiis, nisi certo « afferatur prohibitio positiva SS. Pon- « tificis, quae per simplicem approba- « tionem decreti SS. Officii minime con- « stituitur; 2. Non concordant Theolo- « gi circa hujusmodi decisionum valo- « rem; 3. Denique, et hic est rei prae- « cipuus cardo, in propositione ex va- « rio capite justissime damnata (27 maii « 1886), ne unum quidem verbum le- « gitur DE GRAVISSIMIS RATIONIBUS quae « sive ex parte judicis, sive ex parte po- « stulantium occurrere poterunt. Quum « igitur opinionibus vere probabilibus « liceat uti, et rite dispositus, ut con- « fido, peccata mortalia tibi declarave- « rim, humilis te rogo, Pater, absolu- « tionem mihi impertire velis, ad quam « ex omnium doctrina jus habeo ».

Confessarius adlaborat ut poenitentem inducat ad deponendum talem sententiam, sed frustra. Aliunde rationibus, quas protulit judex, motus, non audet sententiam suam illis imponere, et poenitentem absolutum in pace dimittit.

Quaeritur:

Utrum confessarius recte egerit?

An absolutionem denegare debuisset?

Resp. —Sacra poenitentiaria, mature consideratis expositis, respondit:

Confessarios teneri circa quaestionem propositam iudices dirigere iuxta recentes declarationes a Sancta Sede editas.

Datum Romae in Sacra Poenitentiaria die 4 aprilis 1887 —

R. Card. Monaco P. M.

Sacra Congregazione dell' Indice.

I.

Condanna di libri.

Decretum — 19 Dic. 1887 — La S. C. condanna e mette all'Indice, con approvazione di Sua Santità le opere seguenti:

Ledrain E. Histoire d'Israël, Première et deuxième partie. Paris, Alphonse Lemerre, éditeur, 1879-1882.

Lenormant François. Les origines de l'histoire d'après la Bible et les traditions des peuples orientaux.—De la création de l'homme au déluge. Vol. 1. — L'humanité nouvelle et la dispersion des peuples. Vol. 2. Paris, 1880, 1882, 1884. *Auctor ante obitum laudabiliter declaravit se reprobare quidquid in suis operibus censura dignum Ecclesia iudicaverit.*

Les Saints Évangiles, traduction nouvelle, par Henri Lasserre. Paris, 1887.

Los secretos de la Confession. Madrid, Establecimiento de G. Osler, 1886. — El Sacramento Espureo. Madrid, Imprenta de Ramon, 1887. Pseudonymo auctore presbytero Constantino Miralta. *Dec. S. Off. fer. IV die 7 Septembris 1887.*

II.

Assoluzione di un libro.

